SRVC

1626

Ex Libris
Christiani
Gottl. Langhan
Ao 1702
xr. 8 Bc.

OHAN. HEER-
MANNI, RAUTENA-
tis Sil. P.L.C.

EPIGRAM-
MATUM LI-
BELLI IX.

um liber exiguus; nec pondere, nec gravis ære.
Me tibi, lector, emas: & si ero dignus, ames.

JENÆ

Typis JOHANNIS BEITHMANNI,

mpensis Hæredum JOAN. EYRIN-
GII ET JOHANNIS PERFERTI
Bibiiopol. Uratisla-
viens.

ANNO M. DC. XXIV.

Seneca.

Malis displicere, Laudari e[st]

Ad Generosos & Nobilißimos
Dnns.

EORGIUM, ET
IGISMUNDUM à COT-
WITZ, Fratres,

Köben, Nistitz & Lampersdorff &c.

TTONEM-CUNRA-
DUM à NOSTITZ,
in Zedlitz &c.

Hereditarios:
Dominos, Mecœnates & Patronos
æ. honorandos.

SAnitatem & felicitatem, quâ in locis peregrinis utimini, vobis animitùs faveo, & constantissimam vo-

veo, Generoſi & Nobili
ſimi Juvenes. Singulare
cordis adfectum, quo n
ſemper proſequuti eſti
oblviſci nequeo. recon
penſandi voluntas no
deeſt; deeſt facultas. pr
cibus ardentiſſimis, qu
pro ſalute veſtrâ & proſp
ro rerum omnium ſu
ceſſu, dietìm fundo, co
tenti ut ſitis, oro. His a
jungo, quale-quale gra
animi ſignũ, brevicula i
hæc Poëmatia: quæ Vob
inſcr

ſcribo , obſero & con-
ecro. Súſcipite parvum
nagno pro amore redo-
trimentum , eo vultu &
nimo : quo in Diſceſſu
eſtro VALE mihi dixi-
tis ! ſtabilemqué erga me
Meosqué favorem reti-
nete. veſter ego vivo &
norior. Valete; vivite;
perluſtrate terrâ mariqué,
quæ jucunda, neceſſaria,
utilia ; tandemqué cum
bono DEO , ad nos ſal-
vi & incolumes reverti-

 mi-

mini. Dab. Cœbenii Ca-
lend. Januar. Anno Chri-
ſtiano M. DC. XXIV.

G. V. V.

addict.

Johan. Heermannu

Ay

Ave
Mi candide Lector!

PAucis te volo. audias velim me benignè. prodeunt hi mei Libelli, monitu eorum, qui sales amant, qui salem habent, & incorruptum stomachum. occurrent hìnc indè oculis tuis quædam Charibellæ; Pandolo, Gryllo, & nescio quibus hominibus non-hominibus, natis non-natis, inscripta. ne offendare! ardore & fervore juvenili quondam per jocum

ſunt fuſa. Omittere, & pror
sùs amittere decreveram. Se
quoniam merè ficta; ludun
non lædunt; pungunt, no
occidunt; adjeci & immiſcu
tu mi bone Lector cogita: hæ
talia apud veteres & recen
tiores, apud Ethnicos & Chri
ſtianos, apud Politicos &
Theologos poëtas reperi
multa. Ordine certo, & ti
tulis pompoſis de induſtri
ſuperbire nolui, doctæ anti
quitatis, & noſtri ſæculi eru
diti exempla ſecutus, quibu

si veniam dederis, mihi non denegabis. Stilo facili & sermone ferme quotidiano utor: qui huic carminum generi proprius. Martialem vide, qui dubitas. Cetera tuæ æquitati, tuæ bonitati, tuo Amori & Candori committo. Tantum est, mi Lector, tu Vale; & Fave.

Heermano.

AD AUTOREM, POETAM.
CL.

QUæ juvenis scribis juvenil
carmina JANE,
Ut juvenis scribas; sunt sene d
gna tamen.
Sunt Genio, sunt judicio, sunt f
ta lepore.
Esto aliis juvenis; mi Juvenal
eris.

Caspar Conradus Vratisl.
Phil. & Med. D.

HEERMANNE, ingenuæ quem me-
tis acumine, & oris
Flumine, & Aonio lumine, IOVA be
Tu nihil invitâ dicis scribisq; Minervâ.
Usq; adeò, in mentem quod venit, om
fluit.
Sive juvat numeris animi depromere sen
Nemo te numeris vincit, & arte pari.
Sive lubet quando tibi in oratoria temp
Edugredi, Orator floridus arte redis.
Hi

Hinc Vatem Vates te complectũtur amore:
Hinc oratorem orator honore colit.
Quis neget Heermanum Laurũ Parnassi-
de dignum,
Quem colit Euepie, quem bona Pallas
amat!
Omne tulit punctum, laudem qui junxit
utramq;,
Tale gerit meritò laurea serta caput.

Melchior Eccardus Chemn.
Superintend. Olsnens.

SI nos constamus quibus, & nutrimur
iisdem,
Labraq; lactucas qualia habere solent.
Hyrcanæ cui non admorũt ubera tigres;
Nec fuit in Saxis saxeus ipse Pater.
Insuper humanas didicit qui sedulas
artes;
Qui mores molles, quique habet in-
genium:
Carmina sola probat molli quæ tramite
currunt:
Et non per salebras altaq; saxa cadunt,
Nec legit attonitus terraï frugiferaï:
Accius & quicquid, Pacuviusq; vomũt.

Mollia namque, Homines capiunt, ceu s
xea saxa:
Dic mihi nunc Lector, sis homo sis
lapis?
Hunc fuge, si lapis es, moneo, neque tan
libellum;
Non facit ad duras molle Epigramn
manus.
Lectorem humanum cupit Humanis
mus Author,
Moribus, ingenio, mollis & eloquio
Sponte illi Carmen numeros venit, e
sub aptos:
Quicquid conatur scribere, molle fi
Tramite tàm facili, quæ prodidit, om
currunt;
Detur ut in toto non salebra ulla lib
Hic liber ergò Homines capiet, molle
Poëtas;
Carmina sed capient saxea, saxa sibi,
Si nos constamus quibus, & nutrin
iisdem,
Labraque lactucas qualia habere sol

*Bartholomæus Hempelius Gura-
Silesius Med. Doctor.*

Qu

Quod decorata gerit Phœbeâ tempora lauru:
Noster cum multis, id sibi Ianus habet.
Quod meritoq; haut precio hunc nactus sibi gratiâ honorem:
Noster cum paucis id sibi JANUS habet.

Nicol. Henelius J. U. D.

JOHANNES HEERMANNUS.

NONNE MUSÆA SIREN?

Qui; seu Bilbisci referas epigrammata vatis,
Sive Elegos Ovidî, sive Maronis epos,
Seu Veronensem secteris carmine olorē,
Seu Flacco moveas æmula plectra lyræ,
Seu tentes aliâ Parnassi ludere parte;
Mellea nectareo vena liquore fluit:
Quiq; tuis aures sic mulces versibus, ut te
Musa ipsa Aoniis visat ab usq; jugis.
Nonné mihi *Siren* meritò Musæa voceris?
Nominis id quod fert, JANE, anagrammatur.
Jure herclè ac meritò. Rumpat sibi ut Ilia Grillus:
Aonidum haut suboles, Grillus, at Eumenidum.

Idem.

SI quis erit Vates inter numerandu avitos;
Quos meritâ tellus Teutona laude vehi
Si quis Virtutum præco, Virtutis alumnos
Carminibus cæli tollit ad astra suis:
Si quis Slesiacis arguto epigrammate terri
Intima mortali sensa movere potest:
Si quis multa potest paucis comprendere lectis
Materiæ verbis addere vimq; valet:
Arte Lycophroniâ si quis se jactitat; int
Hos primus meritò Tu mihi, JANE, places.
Perge tuis Musis laudes celebrare Bonori
Carminibus laudes pangere perge Dei.
Præmia sunt præstò: pro tanto, Jane, *labo*
Fama parata solo, gloria parta Polo.

M. Casp. Suevus scholæ Leorinæ R.

QUam gestas, Heermanne, Daphn tribuente *Rudolpho*
Cæsare, pro studio proq; labore ger
Nũc emendicãt isthæc sibi præmia mul
Et sine re titulum, re sine nomen h- bent.

Us

Usque adeò invenias multos sine carmine Vates:
Quos meritò fatuos dixeris esse viros.
Si qui sis, & quid possis, tot scripta loquuntur:
Scripta vel à Criticis non reprobanda viris.
Restat, ut elonget tibi Christus tempore vitæ,
Quo pergas famam perpetuare tuam.
Atque oblongabit. Sic tecum nempè precamur.
ILLE sinet nostræ pondus inesse preci.

M. Johannes Guntherus Sil. in Ducali Bregéo Gr. L. Prof.

PRincipibus, laus est: major, placuisse JEHOVÆ.
Hanc pietas; illam suscitat artis opus.
Artibus Heroas celebras; pietate Iehovam.
Hoc næ principibus, & placuisse DEO!

M. Joan Brachmanus
Scholæ Suranæ R.

ID verò exsultim facio, formidinis expers:
Quâ commendator re sibi sæpè nocet.

In

Incauto incutiunt mala quando aliena pudorem:
Quâ multi peccant simplicitate boni.
Tu te commendas *Heermanne* venustiù ipsum.
„ Invidus invitus cogitur ista loqui.
Si tamen & nostri suffragia nominis optas
Accipe me *Laurum* judice *Cæsaream*
Ecce manum! Ecce Heermanne fidem tua Patria Ruta est:
Infer in hanc Rutam laurea serta tuam
Inde tuæ vibra famæ sublimiùs alas,
His aquilas vici: tu quoq; vince tuis.

Matthæus Zuberus
Poëta L. *Meliss.*

Joannes Heermannus.
En es vena Maronis

Q*uid mirum est, benè quod fluitat tibi*, Jane, *poëtæ*
Vena? Maronis es en Vena poetifici.
Hæc fluat: utq; fluat semper tibi largius urge,
AdVehet Augustos *sic tibi sæpè tuos.*

Valentinus Fibingenius in nobili Brauchitschidarum Ecclesiastes.

O insigne decus Vatum! Cui carmina Phœbus
Dictat, & Ambrosiũ Calliopéa melos,
quid opus decorare Tuos epigrammate libros?
Libros nam decoras sic satis ipse Tuos,
uos neq; vel *Sciolus* vel carpere *Zoilus* ausit,
Dentevè mordaci rodere livor iners.
uid caussæ? facilè currunt tua carmine lapsu;
Pictaq; sunt Flacci, picta Maronis acu.
ec strepitus verba aut numeri sectantur inanes,
Rerum succus inest, & calor atq; color.
ddo, quod adsurgat ta[illegible]a illis gratia, quam vel
Magne CATULLE tuis! Magne TIBULLE tuis.
æc igitur quicunq; leget, perlecta probabit,
Næ! Si perlegeret, NASO vel ipse probet.

Johannes Ammonius Bethaniâ Sil. Jurium Studiosus.

Johan.

JOHAN. HEERMANN.

EPIGRAMMATUM

LIBER I.

Qui continet.

Amores & Suspiria

SACRA.

Ad Lectorem.

ECce! meos etiam tibi publico
Lector, Amores:
Quos sacer excoxit Spiritus
igne sacro.
quod obscœnum est, spurcaq́; libidinis
æstûs!
Nil mihi cum telis parve Cupido tuis.
proba cui Venus est cordi, Venerisq́; pu-
ellus:
Verba quidem leget hæc; sed sine fruge
leget.
i cupis & rerum, & dulcedinis esse me-
dullam:
anim, opus est, [illegible]
ames.

Ad Deum.

PRincipium DEUS, & finis DEUS esto
laboris!
Totum, quod meditor, sic benè cedet opus.

Ad Lectorem.

AUTOR HOMO EST. *Satis e*
quod dixi, candide Lector.
Hæc mea, quid cupiam, te tria ver
docent.
Si videas fortasse meis quid inesse libelli
Quod tibi, quodvè aliis displicuisse que
Me noli damnare, sed excusare meme
Vel saltem verbis his tribus; AUTO
HOMO EST.

AD JESUM.

A*Vspice te* JESU, *quæ pango, poëm*
pango.
Nec mihi quid Pallas, quid sit Apol
Parnassus celum est: tua Gratia, Cast
unda.
Hinc modulor placido suave poëma so
Laurea quòd magni tramissa è CÆSA
horto
Hoc juvenile caput vinciat, omne tuũ
Hæc est causa, tuos quòd amores scribo n
osq;.
Debetur Genii vis ea tota tibi.

Est breve, quod scribo. ne sperne. cor inspice JESU.
Interdùm brevitas munera laudis habet.

Ad Hominem.
DE GLORIA HOMINIS.

QVantus honor tuus, ô Mortalis, gloria quanta!
Assumsit pro te carnea membra DEUS.
Non minor, angelico, non par; sed es agmine major:
Quamlibet hoc superet quæq; creata Genus.
Angelus est DEUS, & DEVS Angelus; haut ego dico.
Sed, DEVS est Homo, nunc dico ego; Homoqué DEVS.
Hæc ubi corde pio meditor mysteria, dico:
Gloria quanta tua est, ô homo, quantus honor!

AD JESUM, ANIMÆ MEÆ Amorem unicum.

SÆpiùs ambiguam mihi fecit opin
mentem :
Quo colo te , JESV , gratus an es
amor ?
Nam quis ego ? quis tu ? paritas hîc nu
Videtur:
Quam tamen in Vero poscit amore
phus.
Erigit hac in re,tua sed me , CHRIST
Voluntas.
Vis,ut amem,ceu Vis,obsequiosus am
Immò meis non est in Viribus : ut
amore,
Vt Vel honore ullo te probus adficia
Tu,tu caussa mei,tu fons & amoris orig
Tu mea CHRISTE sacro Flamine
da moVes:
Vt possim utq; Velim te totus amare ,
unum
Abfueris punctum , nullus ama
ero.
Ergò tuo monitu & motu quia diligo:
non
Crediderim,meus hîc quod tibi gra
amor.

NATALITIIS JESU Christi.

Cce Poli rorant! quis labitur æthere?
IESVS.
Patre DEO DEVS, & Virgine matre Puer.
bere de cælis, teque hæc in scrinia cordis
Transfer, in adventum brachia tendo tuum.
rne boum latebras: Bethlemæ desere caulas.
Mollior est animi mansio, quàm stabuli.

Eisdem.

HÆc est illa dies, Dominus quam fecit, ovandum est.
Fecit & hic reliquas, quot micuére, dies.
primis tamen hanc, qui fecerat omnia, fecit:
Quæ celebrat Cunas, IESVLE Magne, tuas.
am manibus plaudat, jam pectore gaudeat omnis:
Lætior in terris non erat ulla dies.

Vita

Vita Salusq́; hodiè rediit quæ perdita q[...]
dam:
Vis & jus periit sed tibi quodq́; Sat[...]

Displiceo, ut placeam.

O*Mnia sunt in me vitiis maculata [...]*
fandis.
Hinc nihil invenio, quod placuisse qu[...]
Si tamen his aliquid placeat sub sordib[...]
unum,
Quòd mihi displiceo, nempè pla[...]
potest.
Nam quicunq́; sibi propter contagia c[...]
Displicet; ille tibi, Christe benigne, pla[...]

XENIUM.

T*Empus adest, strenas quo donat a[...]*
cus amico.
Optime pro strenis quid tibi CHRIS[...]
feram?
Me totum tibi do. parvũ ne despice mu[...]
Si mihi vis aliquid reddere; te mihi [...]

mihi si dederis; dederis simul omnia tecum:
Quæ super Orbe, Poli quæ super axe Bona.

Vita Via.

QVid tua Vita? Via est. qualis? discrimine plena:
Obfert ad mortem quæ tibi mille Vias.
mo tamen finire Viam Vult; pergere quiVis:
Deq; novo hoc novies si licet, ibit iter.

ICOL. HENELIO, J. U. D. ucat. Munsterberg. ac Territor. Francoftain. Syndico.

ME, quid agam; mea Vel quæ Musa negotia tractet,
Quæris? ô HENELI candide, suaVe caput.
andus amator amo. molles cantillat amores
Nostra Erato; molli gutture molle melos,
uid tu, inquis, Venerem cantas? te sacra decebant
Pulpita. jam potiùs sit tibi Biblis amor! N.B.

Canto & amo. sed non Venerem atq; Cupidinis arcum.
Materies non est Palladi fœda mea.
IESVS amor meus est: IESVS modu[…]men, & omne
Delicium. hunc præter nil amo, ca[…] nihil.
Si lepor absit, adest Pietas in carmine […]stro:
Quæ bona summa Solo parturit, in […] Polo.
Me superent reliqui docto modulan[…] Vates:
Omnis Apollineæ quos alit humor aq[…]
Hanc illis faveo laudem. sat laudis hab[…]
Dicar ubi unanimi voce, POETA P[…]

Christum mihi nemo rapiet

RAptores mundi rapiant bona ce[…] Christum,
Surripias Christo te nisi, nemo rap[…]
Si Christum retines, satis est, licet o[…] perdas.
Perdita vel reddet, vel potiora dab[…]

AD JESUM MEUM.

ME, pie Christe, juva præsenti in turbine sortis,
Esse tua nosti me quoq; plasma manûs.
tra tua, & tua læva cruci est suffixa trabali.
Quæso cicatrices intueare tuas.
ue meum invenies ibi nomen sanguine puro
Scriptum. litterulas has lege; & inde juva.

IN IMPIUM.

Impie, quid rides Legis maledicta: revélat
Quæ sacer ille DEI servus, in Æde DEI?
belvi non sunt tonitru, non fulmina bruta.
Fulgura sunt magni, qui domat omne, DEI.
hominem rident homines, qui talia rident.
Ausus legatum lædere, lædit Herum.
ecro, ne spernas, Ecclesia si tibi nectit
Vincla, potestatem qui dedit, ille ligat.

JESUS AD PECCATOREM

IN me fige oculos animumq́3, miserri-
plæbes:
Quæ defles culpæ pondera crassa tuæ.
Ne potiora meo tua crimina sãguine fing
Neu graviora mei Patris amore pute
Adspice, quæ pro te sim passus vulner
quotvè.
Hæc sunt vulneribus certa medela tu
Hoc latus est illud latus, infaustâ ar
quondam
Quod mihi transfoßit cuspide n
atrox.
Hac absconde animum latebrâ: vis n
nocebit.
Hîc cordi inscriptum est, ô homo, te
amo.
Et nisi sufficiat mea Paßio tota saluti:
Altera non timeo funera; tantus a
Tanta tui me flamma coquit! Sed
una
Gutta mei effusi sanguinis omne n
Ne dum largifluus laniati corporis
Quid miser ergò gemis? CREDE,
nequis.

AD DEUM PATREM.

EXperior virgam. Virgâ me cædis acutâ
Summe DEVS merui. cade, seca, ure. feram.
…cædis, sed non occidis. cædis, ut Orcum
Effugiam, & stygii lora tyranna Lupi.
…m cædis, pater es: pater es, cùm virga recedit.
Adfectûs retinet flamma paterna suos.

JESU CHRISTO.

CHRISTE meos numero superant mea Crimina crines.
Hæc ego nunc queror, confiteorque tibi.
…d longè tamen est major tua gratia, CHRISTE:
Quàm mea, quàm mundi crimina: Paulus ait.
…redo, quæ dixi. mens suspiratibus ergò,
Flebilibusque tibi supplicat ægra modis.
…redo sed & Pauli verbis, hinc spero salutem:
Quam, Mala qui fugit, & qui tibi credit, habet.

TERRA AD HOMINEM

EN Homo, te quanto DEUS amplec-
tur amore:
Qui propter te, me pensile fecit Opus
erVio tota tibi, pario & tibi pareo tota
Sum quia serVitio facta ministra tu
Obsequiosa etiam tua mens ut ser
Illi:
Qui me, qui fecit te quoq; plasma su
Me propter te; te propter se fecit, ut erg
Sum tibi serVa, ita sit mens tua s
DEO.
Si sentis benefacta, nefas est Debita no
Reddere, quid debes? quid? redam
DEUM.

AD CHRISTUM.

SAnari cupio peccati saucius ictu.
CHRISTE tua intueor Vulnera
nus ago.

EGO PECCATOR.

PEccaVi ô Deus. improbitas mea V
harenam,
Quæ jacet ad ripas non-numerosa
ris.

numerare pilos citiùs, quàm crimina
possim.
re quod inficias nolo, nec ire queo.
listi propriis oculis, quibus omnia lustras.
Excusem? incusat me mea culpa reum.
n nisi Tartareo cane, non nisi carcere
dignus
Eumenidum; merui torminis omne ge-
nus.
l tua perpetuùm fluit ubere Gratia rivo.
In mea vel minimus corda canalis eat!
e tui memor, & qui sis perpende. beni-
gnus,
Et bonitate DEVS plenus es; immò Pa-
ter.
n Sobolem, quæ pœniteat, Patris iræ
trucidet?
Non est tam rigidus prole gemente pa-
rens.
e mutes animum, bonus & qui pronus in
omnes.
Quin mutare nequis signa paterni ani-
mi,
Non homo, sed Deus es. non es mutabilis
ergò.
Hinc etiam bonitas hæc tua fine caret.

Eugè tuâ hac bonitate DEVS, DEVS op
me, fretus,
Deprecor en supplex. tu miserere mei.

AD JESUM.

Arboris aut latebrâ turtur, vel r
cavatâ,
Falconis rapido tutus ab ungue latet
Accipiter Satan est. ego turtur flebilis, u
Quem quærit rostro dilaniare suo.
Rima tuum latus est, truculento à mi
fissum:
Ad lateris latebras quâ vebor; ala
des.
Hîc ego tutus ero, contra Cacodæm
astûs.
Qui latet in Christi vulnere, tutus e

SOLYMA DEVASTAT
ad Germanos.

Urbs ego sum Solyme, quâ non insig
olim:
Hîc thronus, hîc DEI erat Gratia; q
pè DEVS.

N

Nunc cinis & pulvis jaceo. super astra levavi
Antè; sed heu hodiè sub styga condo caput.
Quid caussæ? rejecta DEI mihi gratia. jure
Nunc me, nunc populum rejicit ille meũ.
Ira DEI est ignis consumens. me cape testẽ:
Et nisi vis simili cladè perire, sape.
Hoc est; Vive piè. Deus est ad verbera tardus:
Compensat pœna sed gravitate moram.

Eadem ad Eosd.

QVanam ego? chara DEO, Mundo præclara fui olim.
Heu heu! relicta jam DEO, invisa omnibus.
Et meritò. quia non cognovi tempus amicũ,
Deiq; visitationem Gratiæ.
Obsecro per lacrumas ego te, Gens Teutona, Christi:
Quibus moveri effrena uolui: impiis
Par mihi criminibus cùm sis: ne par mihi fias
Pœnâ; meam cladẽ intuens, ESTO PIA!

Nil sine Jesu.

Nil ego te sine, Christe, boni; nil te sin[e] recti
Scribo, volo, valeo, cogito, tento, loquor.
Dirige me sine me: nec te sine, me sine duc[e]
Te duce sit rectè, sit benè, quicquid ag[o]

AD JESUM MEUM.

Quid tibi retribuam JESV, ô dulcis[si-] me JESU?
Quid tibi retribuam pro bonitate tuâ[?]
Ignarum docuit tua me sapientia doctri[na]
Errantem tua me dextra reduxit oven[m]
Peccantem patriâ placuit tibi cadere vi[r-] gâ.
Stantem servavit me tua firma manu[s]
Lapsus eram? tua me manus illa erexi[t] eunti
Lux mihi certa viæ, dux mihi cert[us] eras.
Ante tuum quoties volui me sistere vu[l-] tum:
Me tua suscepit Gratia, juvit Amor.

Qui

Quid tibi pro tali, atq; aliâ bonitate rependam?
Esto satis precii; te reverenter amo.

Suspirium quotidianum.

DA mihi; qui quondam mihi vivere posse dedisti;
Velle & posse piè vivere, magne DEUS.
Et cùm sustuleris quondam mihi vivere posse;
Da mihi velle mori; da benè posse mori.

AD JESUM, animæ amorem.

O amor humani generis, Lux ô mea IESU:
Quo sine nulla mihi lux, mihi nullus amor.
Nocte dieq; tui quia sum mellitus amator:
Sordet amor mundi, sordet & ejus honor.
Jam satis, & plus quàm satis est, tibi si procer uni:
Unus enim tecum fers, quod ubiq; boni.
Et quod ubiq; mali est, à te fugit ocyus. indè
Me manet omne bonum; me fugit omne malum.

O amor, ô mea lux, mea vita, mea omni
IESV:
Hôc mihi suavidulo da sub amore mor

Ad animam sub Crucis mole gementem.

QVid fles, ô Anima exanimata? qu
ingemis artûs
His lacrumis liquidas irrequieta me
Per crucis imperium, crux hæc tibi proder
olim.
Quippè tibi mitem nunctiat esse Deu
Quos amat, hos cædit. non fallit Regu
Patres
Adspice luctificum quisq; ferebat om
Ipsa DEI sobolès, soboles fuit unica, CHR
STUS.
Dic, quis in hôc mundo plura flage
tulit?
Si te crux fugiet, fugiet te regia Celi.
Non aliâ clavi panditur aula Dei.

CHR

CHRISTUS IN CRUCE.

IN cruce qui pendet, pendet pro crimine Mundi:
Vt pendat mundi debita, morte suâ.

* * *

In cruce mille cruces quia passus es, optime IESV:
Effugio, quæ sunt in styge, mille cruces.

AD CHRISTUM.

INterdum mihi das, te quod rogo, Christe, benignus.
Interdum mihi, te quod rogo, Christe, negas.
Sed tu sive mihi das; sive quod expeto, non das:
Vtiliter mihi das, utiliter q; negas.
Semper ut ipse quid accipiam, si Christe quid oro:
Sive quid accipio, quod rogo, sive nihil.
Sæpè peto nocitura. bonum est mihi Christe negari.
Dat mihi, non renuit, qui nocitura negat.

Vitæ terminus.

HIc bibit, ille bibit. plus hic, minus ill
quid obstat?
Si modò sit sitiens neuter; uterq́ satu
Huic major vitæ; minor illi contingit æta
Quid refert? hæres si sit uterq́ Poli.

AD JESUM.

NUlla mihi soror est, nullus mihi frate
in Orbe.
Fulgent in cælo, qui viguére Solo.
Esto mihi Pietas Soror. hæc me fallere ne
scit;
Quin potius secum fert mihi suave lu
crum:
Hujus & alterius nimirùm præmia vitæ
Divitiasq́ Soli, deliciasq́ Poli.
Quis frater meus est? JESU, *qui solus &*
unus
Omne mihi es, frater tu meus esse velis.
In te fida fides: te non est ditior. hinc me
Participabis opus; participabis opum.

In

i cruce fidus eris. sim pauper in Orbe poëta!
In cœlo mecum dividis omne Bonum.

Non despero.

CUr ego desperem peccati pondere pressus?
Ad frugem redeat si mea vita bonam.
OVA. Pater meus es pater. atq; ego sum tua proles.
Patria num Sobolem cura perire sinat?
t de carne meâ caro tu fraterrime IESV es.
Sulphure quis carnem perdat, & igne suam?
orde meo resides, ô divæ Spiritus auræ,
Destruxisse tuam num patiare domum?
ur desperem igitur, meliorem ubi cogito vitam?
Servat ubi caput hoc sancta beatáq; Trias.

ARCE DOMINE JESU.

HUc pie Christe tuos oculos intende benignus:
Nec penitùs nocuum perde furore tuo.

Pa-

Parce mihi; mihi parce! tuum cur plasm
trucides?
Cur moriar, quoniam vivo cruore tuo
Sum malus, hoc fateor, sed sim malus, at
pius usq;:
Alterius non sum: sum modò Chris
tuus.
Mens mea quò fugiat, si me fugis optim
IESV?
Quis me respiciat, me nisi nosse velis:
Sim licet impurus: facias me sanguine p
rum.
Impius? efficias me pietate pium.
Me qualem cupis esse, jube talem esse; e
talis.
Te sine qui nil sum, tecum ero Chri
satis.
At facies, quæ te supplex rogo poplite flex
Cuncta potes: sed me deseruisse nequis.

In Calamitatibus Spes.

ORbe malo, mala sum pejora & pessi
passus:
Nescio num possint deteriora sequi.

tamen & pejora sequi, quàm pessimæ possunt:
Hæc pejora etiam nunc propiora puto.
d patiar, quæcunq; pati sors tristior obfert
Impatiens patiar ne mala; Christe, juva.
es hæc me fulcit; Mundo qui pessima perfert:
In celo huic confert optima quæq; Deus.

D M. JOH BRACHMANUM, Sil. Schol. Guranæ R. de Uno Unico perorantem.

BRACHMANE innumeros quærat sibi Mundus amores.
Vnus amor meus est, & tuus Vnus amor.
mnia cui cedunt, metuunt quem singula: cujus
Omnia sunt, quæ sunt: qui gerit omne manu.
Quo sine nil factum, quod factum. quo sine nil est
Totius mundi sphæra, Poliq; globus.

Quo

Quo sine nemo boni quid perficit : & si-
quo mens
Nulla bona est : sine quo nulla bea-
anima est.
Qui mecum, & pro me, atq; in me ma-
omnibus horis :
Præside quo mihi nil Orbis & Or-
obest.
Qui meus in vitâ Dux, in tenebris m-
Lux est:
Qui mihi divitiæ ; qui via, vita, salus.
Per quem salvus ero : Duce quo super ast-
levatus,
Celi lauticiâ lætitiâq; fruar.
Hunc unum veneror tecum devotus Am-
tor.
Felix, qui tuus est hôc in amore Procu-

AD JESUM.

LAnguet amore tui mea mens, oculiss-
me IESV.
Vivere nec, nisi te detur amare, datur:
Sed datur interitus. posterisné hoc cerne-
IESV:
Vt moriar, pro quo dulce erat antè mor-

Vivo ego, dixisti, peccantis funera nolo:
Quin potius, celi vivat in arce, volo.
Hæc vox, est tua vox, tua sed vox nescia falsi est:
Inventusq; tuo nullus in ore dolus.
Vivam igitur, certum est. atqui mellitule IESV?
Si vis, ut vivam: me quoq; amare sinas.
Qui sine amore tui peragit sua tempora vitæ,
Vivendo moritur, nec tamen emoritur.

Mea mansio sursum.

PRopria nulla mihi domus est & mansio nulla.
Ampla tamen domus & mansio certa mihi.
Ede suâ ejiciat mundus me, pessimus hospes!
Si non terra capit me, capit aula Poli.

EGO CUM PUBLICANO.

STo procul, erectos non audeo tollere vultûs
Ad sacrosancta tui limina, Christe, throni.

Nam

Nam sce'eris genus omne animum mi[illegible]
fœdat iniquum,
Strictaq; justiciæ terret imago tuæ.
Pectus cædo reum : quia fons ibi crimin[illegible]
immò
Monstro tibi-medico saucia corda me[illegible]
Peccantis miserere animæ! gravis est m[illegible]
culpa:
Sed tua major erit gratia, major amo[illegible]
Credo remissa mihi commissa piacula gr[illegible]
tis.
Eugé fide tali justificatus ero.

AD CHRISTUM.

CRimine nemo caret, pius & simùl in[illegible]
pius errat.
Discrimen tamen in crimine gran[illegible]
latet.
Spontè malus peccat; pergit; de crimin[illegible]
gaudet:
Et quasi virtutem, jactat ubiq; nefas.
Si prater sua vota pius cadit; avia linquit
Et peccata dolet, flet, veniamq; rogat.

Cri

Crimina si punis igitur, justissime Iudex:
Vt punire hominum crimina jure soles:
Observas pœnâ discrimen. nam tua punit
Ferrea, Christe, Malos Virga; paterna Bonos.

Lava me Domine Jesu.

O qui purpureum sudas in Monte cruorem:
O qui destillas in cruce rore tuo:
Quo tetras hominum maculas, damnabile cænum,
Eluis: ut superent pectora lota nivem.
Mi IESV, mi Christe mei quoque, sanguine fuso,
Conspurcata animi dilue quæso lutum.
Candidior fiam nive, lacteque purior albo.
Guttula criminibus sufficit una meis.
Non adeò flocci-faciam quòd crimina: quæ Ossâ,
Et quæ Caucaseo sunt graviora jugo.
Sed Pie, quod tanti-faciam tua vulnera, IESV.
Si cadat ex illis unica gutta; sat est.

Sic

Sis animam impuram facies , IESV opti-
me, puram:
Sic ero mancipium deliciumq; tuum.

LAVOR.

F*Allor ? an ex lateris rimâ fluit illa cru-*
oris
Gutta? meamq; animam rore & amo-
re rigat?
Sic est, sic certè est, abit omnis squallor, &
omnis
Spurcitia. ô mea Mens jam mihi pulcr.
places.
Immò places ipsi, qui dirigit omnia, Patri.
Mitis ut adspiciat te DEVS, anné vides?
Iamnè Erebi metuas incendia, & ora Dra-
conis,
Tisiphonesq; manûs, Cerbereasvè mi-
nas?
Ne metuas mea mens, cùm sis hôc lota cru-
ore.
Antè inimica quidem, nunc sed amic.
DEI es.

AD LUNAM.

Cù-

CVm terras operit nox atra nigrantibus alis;
Lumine quid reples, Luna, cubile meum?
Inservire aliis poteris sub tempore noctis,
Sol quibus occiduos æquore mergit equos.
Sol meus est JESUS, mea lux, & amabile lumen:
Fulgidulam faciem nec mihi nocte negat.

AD DEUM.

QVæ facio, tu cuncta vides; quæ cogito, nosti:
Quæve loquor, patulâ debibis aure, DEVS.
Multa ago, plura loquor, sed plurima cogito mecum:
At præter mala nil cogito, dico, & ago.
Supplicium metuo: scelerum quia justus es ultor.
Quò fugiam, toto non datur Orbe locus.
Ad te confugio lacrumis, & pectore tristi.
Cor humile, & gemitûs respice quæso meos.
Ampliùs ante tuos moveāt ne tædia vultûs:
Rejice post tergum crimina quæq; tuum.

JESUS OMNIA.

MVlta dedit, dat adhuc, dabit & mih
multa. sed iſta
Quæ dedit, & dat adhuc, & mihi port
dabit:
Arbitror eſſe nihil, niſi ſe mihi mancip
ipſum.
Vnicus ille mihi eſt omnia; nil reliqu

JESUS.

IOva, Homo, Salvator, relinquo, viſit
ſalvo,
Celos, mundum, homines, ſponte, favo
nece.

Nuptiæ Chriſti & Eccleſiæ.

AVdite ô ſuperi, tuq; infima perve
tellus!
Quem celum timet, & quem tre it
omne ſolum:
Ille ſuo inſtituit ſocialia gaudia Nato.
Iam famuli clamant; adproperate o-
mines!

Om ia

Omnia sunt instructa: venite, venite! salutis
Esca, piis animus hîc datur immò salus.
Quam Sponsam elegit Soboli DEVS ille Deorum?
Dicere cui potuit; Tu mihi sola places?
Ee! hominem tanto dilexit amore fideque,
Vt sit homo electus Sponsa decora DEI.
Dite vos superi, tuque infima dic mihi plebes:
An quisquam audierit talia utrâque domo?

AD DEUM PATREM.

MI DEVS, & mi chare Pater, bonitas tua quanta est!
Tu Gnatum unigenam jungis amore mihi.
Vnde tibi placui DEVS & Pater alme? quid in me,
Talia quod potuit promeruisse, fuit?
Herclè nihil, tua sed pietas, tua gratia sola est:
Quâ tibi, quâ Soboli sum speciosus amor.

Ah quis ego, ut mecum tuus ille superb
ardor?
Cordq; tuum ut mecum participare ve
Si qua forent majora tibi vel in axe
lari
Munera, vel penitâ cordis in arce tu
Hæc mecum divisa forent. Canat Orbi
Æther;
Non inventus amor major amore I

Gratia Dei divitiæ opt.

M*Undus hic immundus, nummos*
si numen honorat:
Cum tamen hi nihilum sint, nih
minus.
Gratia pro nummis mihi Numinis est
premi:
Hæc mihi dat gratis Gratia q
Bonum.

OMNIA JESUS.

O*mnia Christe mihi es. sine te*
omnia dico,
Et, duco, mundus quæ preciosa coli
Si volo, curari mea vulnera, vulne
ras:
Justicia es, contra criminis ausa

digus auxilii si sum; tu celica Virtus.
Si mortis timeo spicula; Vita mihi es.
tenebras fugio, lux es. si sidera quæro,
Tu Via. si fameo, tu meus ipse cibus.

ADAM ET CHRISTUS.

UNus restituit celum, quod perdidit Unus.
Hæredem cæli me facit una fides.

AD JESUM.

Pse tui quoties, JESU dilecte, recordor:
Sed sum Christe tui nocte dieq; memor:
dflicto tu Vera meo das gaudia cordi:
Sit licet extremis mens agitata malis.
ella tamen super, & super omnia dulcia dulce est,
Si mecum es: mecum semper ut esse soles.
quàm dulcis erit cælorum regia, JESU:
His oculis oculos quando Videbo tuos!

JESUS ME AMAT.

QUadruplici mihi CHRISTE faVes propensus amore.
Sponsus es, & Frater, Mater es, atq; Pater.
uâ ratione igitur quadruplex me deserat ardor?
ortis, ut & mortis tempore Christe juVas

Sponſus amat Sponſam; Sobolem mater
paterq́;:
Et fratrem fratrer ſanguine mot
amat.
Hic igitur mihi, quod vita ſibi poſtul
uſus;
Tandem & poſt obitum ſidera don
Amor.

MIHI OMNIA JESUS.

S*I pro me JESV es: me contra nemo n*
hilq́; eſt:
Me contra eſſe licet ſtyxq́; Solumq́; vel
Sed nihil eſt pro me, ſine te: licet omnia p
me.
Immò inimicus erit, qui mihi amic
erat.
Quidni igitur dicam, ſcribamq́; ; m
omnia IESVS?
Te Duce nemo nocet: te ſine nemo juv

Nil ſapit præter Jesum.

S*Ive alios lego, ſive meos conſcribo libel*
Scriptio nulla placet; lectio nulla ſa
Iuxt

Tu..im ibi suave tuum nomen nisi videro IESV.
..bsq; tuo mihi sunt nomine cuncta nihil.

.N VULNERIBUS CHRISTI. & vivere & mori cupio.

.Ivo. sed & moriar. tibi quòd placet, id mihi gratum est.
..ens subjecta tibi & dedita CHRISTE mea est.
..nibi sive mori, mihi vivere sive licebit:
..rata in vulneribus vitaq; morsq; tuis.

.rescentibus delictis; crescunt & Pœnæ.

.Vottidiè crescunt pœnæ, quia crimina crescunt.
..ena tamen minor est, quàm tua culpa fuit.
..fero multi perierunt aëre, passim
..ulta bona in cineres flamma resolvit edax.

Non dat, ut antè dedit, cerealia mun
tellus.
Quo levet esuriem, pauper habere
quit.
Nunc exorta vides truculenti incen
belli.
Quis fieri melior vult, quis amare De
Deterior quivis; melior fit nemo. quid e
Supplicii restat, quo cruciére? Ereb

AD JESUM.

V*Ulnera quot tibi sunt, tot sunt, p*
dißime IESU,
Ora: quibus pro me vota precesq; f
Ne peream propter mea crimina, cri
plenus.
Absq; tuis precibus sidera nullus a

HOMO CHRISTIANU

Q*Uondam inter lacrumas fuit,*
spiria Cæsar:
Quando inter Flaccũ Virgiliumq
Cæsar ego non sum: sed sum sub Cæsar
brâ.
Nullus Horatius est, nullus in Orbe
Sæpé inter lacrumas tamẽ & suspiria
Sub gemitu lacrumor, sub lacr
gemo.

AD CHRISTUM.

Dignus morte, tibi qui vivere Christe
recusat:
Desipit &, tibi qui non sapit, ille sibi.
Qui cupit esse aliquid: nec propter te cupit
esse,
Quod cupit esse, mihi creditur esse nihil.
Christe tui causâ, quæ facta Poloq́; Soloq́;,
Omnia fecisti cunctipotente manu.
Ergò sibi quisquis vult esse, tibi esse nec
optat:
Hæc inter, quæ sunt, incipit esse nihil.

AD CHRISTUM.

Certum est, Christe salus hominum &
mea Christe voluptas:
Grande, quod emeruit dirum Acheron-
ta, nefas.
Certius hoc; propriis meritis quod tollere
culpam
Non possim. pietas quid nisi cento mea
est?
Hoc tamen ex tripode est, & certo certius
omni:
Major quod bonitas sit tua, labe meâ.

Arithmologia Christiana.

QVi delicta novis delictis addit & au-
get:
Multiplicat pœnas amplificatq; suas.
Fas sperare tamen, non desperare salutem.
Implora veniam. Gratia magna DEI
est.
Sanguine, quem tecum diviserat in cruce
Christus,
Subtracta est Falsi regula quæq; tui.

CHRISTUS CRUCIFIXUS.

SAlvator clavo transfixus in Arbore
clavem
Invénit, cæli quâ mihi regna patent.
Nil mihi clava nocet Satanæ, quæ facta
per Adæ
Lapsum. nam Christi sanguine fracta
jacet.

AD VALENTIN. FIBINGI-
nium In Concione Brausch-
dorff. Ecclesiast.

INnumeros numero finxit Gens Ethnica
Divos:
Qui nihil in celo sunt, & in Orbe nihil.
Aut si sint aliquid, non sunt per secula, quod sunt.
Sorte nisi intereant, morte perire solent.
Vera DEI Scriptura, DEVM docet esse; sed Vnum:
Atq; Vnum hunc Trinum nos docet esse DEVM.
Hic cedat Fidei Ratio, temeraria res est
Scrutari; Pietas, credere; Nosse, Salus.

AD JESUM.

D*A mihi conatu,* JESU *dulcissime, toto*
Vt pergam ad cœli templa beata tui:
Inq; Solo, solo sim corpore; pectore, cœlo.
Omnis ibi mea sit mens, ubi Gaza mea es.
Nam quid in hoc mundo, nisi bella, pericula, lites?
Et quod quis brevius dixerit, omne malum.

Ac quia pars cœli sumus altera, & alter terræ;
Aggravat hanc animam corporis ægr caro.
Ergò quid has inter furias, & Erynnid iram,
Dulcius aut velit, aut pulcrius esse quea
Quàm veris inhiare bonis; mentemq́ leva re
Sursum: ubi sunt animis gaudia ve piis.

Deus Homo factus.

F*Actus homo DEUS est; scio, nescio, qu modo factus.*
Omnis & hoc, quod ego nescio, nes homo.

Dulce Recordari Vulnerum Sa vatoris:

DAVIDIS RENISCHI, THEO Uratisl. Symbolum.

N*On nego; peccavi. primo scelus hæ ab ortu.*
Crimina quotidiè criminibus cumu
Iure citat Satanas me: mēs est cōscia test.
Ad stygias Legis fulmine damnor aqu.

N

n desspero tamen : quia me sub vulnera Christi
Abscondo firmâ spe, stabiliq; fide.
ulce recordari est , hôc Christi vulnerum in actu.
His nisi quis lateat, sub stygis amne perit.

ESUS CORDIS MEI HOSPES.

MAgnum opus est mundi. majus cœleste theatrum;
Sed tu, mi IESV, major utroq; globo.
lorum cœli te non comprendere possunt.
Quinam Terra tibi præbeat hospitium?
d tamen & locus est, ô Lux mea, maxime IESV:
Qui te circuitu prendit habetq; suo.
rtio parva meũ cor est, & vilis adinstar
Puncti. tu tamen hac æde habitare soles.
rem mirandam! quem non capit Orbis & Æther;
Immò nihil: cordis massa pusilla capit.

AD DEUM MEUM.

VIrere non vereor, quia tu mihi regula vitæ.
Pecco. sed haut sceleris conscia vita mea est.

Nec mortem timeo, tua me quia grat
serVat.
,, Cui clemens DEVS est, non timet
mori.

AD JESUM AMOREM MEU
Unicum.

NIl amat & nullum, quicunq; am
omne Vel omnes:
IESV flos animi deliciumq; mei.
Tu mihi solus amor. te-præter amabile
est.
Te sine si quis amor, sordet & hor
amor.
Clangit in ore meo tua gloria; nomen
aure:
Mente meâ gero te, te cano Voce meâ.
Ante meos oculos tua semper ober
imago.
Nil aliud quàm te cogito, quicquid a
Pieris ad calamum mihi si qua poëm
dictat:
De te materies, nobile surgit opus.
Cum Vigilo, sine te non est Vigilare Vo
ptas.
Somnus adest? sine te nō mihi grata qu
Al

Absq; tuo nec amore volo, nec vivere possum:
Nec sine amore tuo funus obire volo.
Cedite vos reliqui, quibus est sine fructibus ignis!
Qui meus est amor, hic me super astra locat.

AD JESUM.

VIvere suave mihi; sed tecum vivere IESU.
Quàm sine te, IESV, vivere; malo mori.

DOMINI ADVENTUS.

ADventus Domini certus. latet hora diesq;.
Nunquàm dic igitur; Cras veniet. sed; Adest.
Et quoniam nescis, veniet quâ luce vel horâ:
Quâlibet horâ, omni luce paratus age.
Vt quâcunq; die, quâcunq; advenerit horâ:
Inveniet te, quem te jubet esse, Pium.

Preces & Lacrumæ.

IN tua vota Deum possunt tua cogere vo-
ta:
Lenit & iratum Lacruma fusa Deum

Dirige Gressûs meos.

ELIÆ KUNTSCHII, M. D
Physici Oppoliens. Symbolum.

SIve per hunc Orbem mihi, sive ex Orb.
migrandum:
Obveniunt pedibus multa pericla meis
Hic nimis arcta via est; nimis illic lubrica
Christe,
Te sine si quisquam vadit, utrimq; ca-
dit.
Dirige quæso meos hôc in discrimine gres-
sûs.
Invia neutra via est te Duce, luce tuâ.

AD JESUM MEUM.

PRonus ut accipiat, quis non est? sit mo-
dò, qui det.
Vis tamen ad dandum pronior esse Deus
Lux

ux extrema Solo, mea sit super Æthere prima.
Hoc unum rogo te: ne mihi Christe neges!
ossem equidem te plura cliens, mi Christe, rogare:
Et posses etiam, quàm rogo, plura dare.
oc unū sed ubi dederis, sat Christe dedisti,
Et reor, hôc uno me rogitasse satis.
mò dabis mihi: me quia jussisti ista rogare.
Qui cupit hæc, quæ vis: quæ volet, ille capit.

AL. FEURESEN. Ecclesiast. Glogoviens.

Mira mea vitæ ratio. sum Cræsus & Irus.
Omnia possideo: possideoq; nihil.
uperiem loculus meus hic tibi monstrat egenus.
Divitias claudit Pectoris arca meas.
uod Loculo est, cernis: quod pectore, cernere nescis.
Vis dicam quænam Gaza sit ista? Deus.

AD

AD JESUM.

IN patriam tendo. non est mihi duxq́; c[...]
mesq́; !
IESV tu mihi dux, tu meus esto comes[...]
Immò mihi dux & comes es fidissime IES[...]
Te sine nulla unquam vivitur ho[...]
mihi.
Me fers in manibus ; te Christe in pecto[...]
gesto.
Sic ubi solus eo, non ego solus eo.

AD MENTEM MEAM.

Sera quidem nunquam, tua si Conv[...]
sio vera.
Sed si sera nimis, vix ea vera venit.
Mens, resipisce hodiè, tibi dum patet a[...]
Salutis.
Post obitum, cœli janua clausa tuum[...]

NOMEN JESU.

O Mea dulcedo, nomen peramal[...]
JESU:
Quo sine dulce ipsum non mihi d[...]
fluit.

re meo quoties gero te, vel corde sub imo:
Omne fel est mihi mel, melleq; dulce magis.
ve soporiferas ago per suspiria noctes,
Seu vigilo; JESUS semper in ore meo.
SUS delicium, JESUS requies mea, JESUS
Melliculum, JESUS suaviculumq; meum.
mne mihi JESUS. quoties ego nomino JESUM,
In mel & ambrosiam versa labella reor.
on aliud nomen gemino sub fornice cæli est,
Quàm nomen JESU, quô mihi certa Salus.
ec tantùm mihi, sed cunctis, quos cura Salutis
Tangit, & ad cœlum mens puta-pura trahit.
t mea non dulcedo tuum sit amabile nomen.
JESU? ô dulcedo tota Soli atq; Poli.

Cor-

Corde precandum.

Q*Vid muto strepitus labiorum pector*
prodest?
Nil, si mens taceat, garrula lingua juva
Quin potius si lingua loqui tua nesciat ægr
Cor oret. gemitus victima grata DEO

Me Christi vulnera sanant.

BALTHASARIS NIGRINI,
Sil. Symbol.

P*Harmaca nulla Solo, nec sunt medic*
mina cœlo:
Quæ curent animæ vulnera cruda m
Quàm tua, mi IESV, quæ pro me vuln
passus.
Hæc quoties meditor vulneras salvus,

Semper vigilandum.

U*T Deus inveniat te semper, ubiq;*
ratum:
Semper, ubiq; etiam te vigilare dece
Qualem te reperit vitæ lux ultima, ta
Vltima lux mundi judicat. ergò cav

Do

Domine, ut videam.

IOHAN. GAWRONII JC. Symbol.

ANte meos oculos quæ sunt, mea lumina cernunt:
Sed quæ sunt Fidei, nulla videre queunt.
Illustra DEVS, ut videam, mihi mentis ocellos.
Absq; tui verbi luce videbo nihil.

Ne differ in horas.

QVot tua vita dies habeat, ne quære. quid obstat?
Nam tua tota quid est vita, nisi una dies?
Quæ peragenda tibi, peragas hac luce vel horâ.
Crastina non dabitur; vix hodierna data est.

Peccare noli.

CRimina ne facias, mea Mens. si crimine gaudes,
Quo te non videant Numina, quære locum.

Quo-

Quomodo.

Qvomodo ne quæras, faciat DEVS illud & istud:
Hæc duo sufficiant verba; Iehova potest.
Argutans nimiùm stultescit: & excidit æthrá,
In Secreta DEI qui penetrare volet.
Credere simpliciter, verèque & firmiter, æquum est.
Aut tali, aut nulli Numinis aula patet.

Θυμὲ βλέψον ἄνω.

NICOLAI HENELII. U. J. D. Symbol.

Qvò tendis mea Mens? quò vis adflicta? deorsum?
Rerum adparet ibi splendor; at exitium est.
Ejaculare oculos sursum, super ætheris arcum:
Est ubi summa Salus, quâ sine nulla Salus.

De-

licias mundi JESUM *tibi quære, sat ambis.*
Nil tibi prorsus abest, si tibi JESUS *adest.*

Mihi omnia JESUS.

MUlta solum, non pauca Salum, sed plurima Cœlum
Possidet, est JESUS *omnia, nil reliqua.*

Ad Mentem adflictam.

QUid quereris mea mens? quid te gemis esse relictam?
Fide DEO nunquam deserit ille Suos.
uxilium differt, non aufert. perfer & insta!
Quâ non sperasses, hora videbit opem.

AD JESUM

TOtus amo ex imo te pectore, menteq; totâ,
IESV. tu tanto dignus amore coli.
nec ego usq; adeò possum deamare misellus:
Quin sis majori dignus amore coli.

Morte

Morte tuâ mihi vita, tuo mihi sangui
parta
Vera salus, cœli gaudia, Patris amor.
Hæc est caussa mei, quo te complector, an
ris.
Sed, precor, unde tuus tã preciosus am
Quo me prosequeris ? sum nil nisi gra
piâclum:
Intus & exterius fœteo massa luti:
Me tamen omnis amas. caussa est incog
ta nobis:
Vel, si nota aliqua est, GRATIA
tua est.

AD JESUM.

HOspitio modico cùm te domus ex
Abræ:
Facta tuo verbo est prole beata dom
CHRISTE *meis etiam succede penat*
hospes.
Solve meum dives Symbolon ære pa

Vive memor mortis.

MOrte quid humanis in rebus cer
hora
Mortis nulli hominum cognita,
DEO est.

formidat opes mors, nec miseretur egeni.
Lethi igitur semper, quisquis es, esto memor.

AD CHRISTUM
Luc. 14.

CHRISTE *quid hoc? bone Christe quid hoc? ô suavis amator!*
Hospite num digna est te Pharisæa domus?
illaces tibi funiculos inimica tetendit:
Quæsiit exitium turba dolosa tuum.
tamen adpares Conviva. quid? optime IESV,
Quid facies, ego te si rogò mente piâ?
n tua prætereat spretum me Gratia? qui te
Non ita fallibili more vel ore colo.
h ne prætereas mea limina! nam domus ista
Non minus auxilii est indiga facta tui.
Æger ibi est animus: cui tu medeare benignus!
Murmuret ut Satanas, ut Stygis antra crepent.

AD

AD JESUM.

DIspereat nequam ductor, vel doct
iniquus:
Qui me seducit, qui cacodoxa docet.
Vel converte, vel hunc everte, sacerri
IESV.
Sitq; mihi verbum clara lucerna tuu
Luceat hæc animæ loca per tenebrosa : s
Orcum
Ne me schismaticus terror & error ag
Nil aliud magni sub cœli fornice restat :
Vnde mihi, unde aliis sit capiunda S
lus:
Quam ter-suave tuum, IESV suavissim
nomen.
Ex hoc fonte, animo vita salusq; flu
Sint anathema, tribus Furiis agitentu
Olympi
Præmonstrant altam qui super astra v

Jehovæ Gratia Fortitudo Me
JOHAN. GENISCHI, FRA
cofurt. March. Scholæ Rautenat,
Moderat. Symbol.

T

TRes mihi sunt hostes; Mundus, Caro, numen Averni.
ic, hæc, hoc, contra me mala bella movent.
xemplo, illecebris, astu insidiantur hic, hæc, hoc.
anc, hoc, hunc, hominum quis superare queat?
nisi subveniat, quôvis qui fortior hoste est:
lius & Verbi robore cuncta domat.
r & auxilium, DEUS, est tua Gratia nostrum.
juvat hæc; mihi nil Trig tyranna, nocet.

AD JESUM

N cor mitto tibi benigne JESU,
Cor meum variis & hinc & illinc
utum vitiis, quis, ô quis unquam
are potest Satanis astum?
fac, decidat una gutticella
ivo lateris tui; in cor istud
tetro scelerum luto inquinatum:

Et purâ nive purius redibit.
O quantus valor est tui Cruoris!

AD JESUM.

SVnt spelæa Feris: & habet super arb
nidum,
Quo condit pullos Ales, alitq́ suos.
At tibi, quà caput acclines, pauperr
JESU,
At tibi nulla datur tegula, nulla
ges.
Heu mea, cur mea nullus odor, cur pec
nullus
Ornat honos, & cur Sindone nulla
ros;
Hæc ut obire queas? Sed obi tamen op
IESV
Pectora, & ad lubitum construe:
tibi.
Huc caput inclina! hîc habita, mecum
perenna!
Sint immunda licet, tu tibi munda
Vel minimo potes, ô Mundissime, re
nutu.
Ingredere! ingressu sunt ea munda

AD ANIMAM MEAM.

QVò vis ô Anima? ad cœnam. quæ cœna paratur?
Quā neq; majorem terra, nec astra vident.
Quis cœnam instituit? positis quæ fercula mensis?
IESVS erit cibus, & potus, & hospes erit.
Preciosum Epulū! tardare famelica noli!
Eugé, Salus, cœlum, gaudia, vita datur.

Gaudii futura messis.

QVi sua cum lacrumis inspergit semina terris:
Tempore messis ovans hic sua farra leget.
Omnis vita mea in lacrumis mihi vivitur. immò,
Qui sim, si cui vis dicere, dic; lacruma est.
Quot in extremâ mea Mens sibi gaudia luce
Demetet. omnis-ego lætitia omnis ero.

AD COR MEUM.

Cor ocyus ad meos Amores;
Iesum dico meum, meos Amores:

Dic, quid sit mea vita. nempè quod sit.
Nil nisi anxietas dolor laborq́;,
Et meræ lacrumæ, meriq́; fletus.
Has inter lacrumas tamen, merosq́;
Fletûs, & reliquas amaritates,
Si saltim memor est: mei ille JESUS,
Ut certè memor est mei ille semper:
Fiunt omnia melle dulciora,
Quæ sunt felle aliàs amariora.

AD JESUM.

Non ego divitias rogo te: tua vuln
quinq́;,
JESU, *in corde meo scribe cruore tuo*
Ut tuum amorem in eis videamq́; lega
dieim.
Immo dolorem etiam Cordoliumq́;
um.
Sic amor ille tuus fuerit mihi caussa
ennis;
Utrum te præter, nil ut amare velit
Sic dolor ille tuus fuerit mihi caussa;
rem,
Ut propter te, omnem spontè ala
feram.

Jesus meæ Divitiæ.

INanimem Patri quoties considero
JESUM,
Me recreat Flatûs aura, Paterq; creat.
nc ego divitiis scateo, quem pauperat
Orbis.
Hinc ~~opibus cedit Persica terra meis.~~
inopes telluris opes! quæ copia non est
JESUS, ea est ~~algâ vilior & stipulâ.~~

Ad Jesum, redemptorem unicum.

Abereus duplici stabam damnatus ad
Orcum.
Nemo mihi sponsor, nemo redemptor
erat.
on mea mactati poterant abolere juvenci
Crimina: non poterant conciliare Deum.
u solus poteras, tu solus Christe volebas
Irato fieri victima cæsa Patri:
upplicii q; rogum roseis exstinguere guttis,
Clementemq; tuâ reddere morte Deum.
edditus ille mihi per te, sum redditus illi:
Jam pars aligeri nominor ipse chori.

Quacunq; intueor, tua sunt. quidnam ergo rependam?
Si satis est, animâ te celebrabo meâ.

Noli peccare.

SOntice cur peccas? cernit DEus, & tuus adstat
Angelus, accusat Satanas, mens conscia torquet,
Supplicium in promptu est. cur, ô cur Sontice peccas?

Salve JESU.

Delicium & salus humani Generis.

SAlve JESULE, mi puelle salve.
Mundi delicium, decusq; mundi,
Mundi Phosphorus, Hesperusq; mundi,
Mundi lux & honor, jubarq; mundi
Mundi spes & amor, salusq; mundi,
Salve JESULE, mi Puelle salve!
O sanctissima suavitudo mundi,
Et suavissima sanctitudo mundi,
Quo nec sanctior ipsa Sanctitudo,
Quo nec suavior ipsa Suavitudo,
Salve JESULE, mi puelle salve!

O lenissima plenitudo mundi,
E plenissima lenitudo mundi,
Quo nec lenior ipsa lenitudo,
Quo nec plenior ipsa plenitudo,
Salve JESULE, mi puelle salve!
O pulcerrima claritudo mundi,
E clarißima pulcritudo mundi,
Quo nec pulcrior ipsa pulcritudo,
Quo nec clarior ipsa claritudo,
Salve JESULE, mi puelle salve!
Bethlema stabulum, boumq; phatnam,
Et durum tuguri cubile linque:
Meq; in hoc animi cubile transfer,
Transfer JESULE, mi puelle transfer:
Ut te brachiolis tenere possim:
Ut te suaviolis fovere possim:
Ut mea hac iterare vota possim,
Annis omnibus, omnibus diebus,
Horis omnibus, omnibusq; punctis,
Semperq; hac iterare vota possim:
Salve JESULE, mi puelle salve!

Linque boum phatnam, dulcissime Jesule, duram,
Sitq; cubile tuum cor, bene Christe, meum.

Jo.

JOHAN. HEERMANNI

EPIGRAMMATUM

LIBER II.

AD DIVUM RUDOLPHUM, II. ROMAnorum Imperatorem, Hungar.& Bohem,Regem.

INdugredi Natura jubet me
Palladis aulam.
Quæ natura jubet; cura laborq́3 facit.
Carmina nostra probat, qui scit, proba carmina quid sint:
Cui criticos oculos dat genuina Crisis.
Ante tuos jacet ergò pedes, & supplicat ore,
Dive Rudolphe, humili Pieris ipsa tibi:
Ut mihi, si merui; mittat tua Gratia Laurum.
Præmia si desint. carminis alget honor.
Dic modò; Cæsarius sis Jane Heermanne *Poëta!*
CHIMarrhæus aget cætera, noster amor.
Si peto digna, preces audi ter-maxime Cæsar:
Audiat ut clemens & tua vota DEus.

AD HENRICUM IV. Regem Galliæ & Navarræ.

SI quis pro regno, Rex Magne, pericula passus:
Passus pro regno es multa pericla tuo.
Perge tuos populos, ô Rex, defendere. Regem.
Gallia non habuit, vix habitura parem.

AD MAURICIUM, LANDgravium Hassiæ, Comitem Catimelibocor. Zigenhaini & Niddæ &c.

QVosq; tibi, Princeps, decet inservire poëtas.
Nempè poëtarum summus es; immò Deus.
Audit in Aoniâ Phœbus tua carmina rupe
Seq; tuâ victum tradit ovante Lyrâ.

Ad Hominem quemlib.

NEc tumeas; fragili cùm sis de pulvere pulvis.
Nec timeas: Polus est patria, JOVA pater.

A

AD AUGUSTUM, PRINCIpem Anhaltinum, Comitem Ascaniæ, Dominum Servestæ & Bernburgi.

TErgeminis laudum quondam cecinére cothurnis
Grajugenæ septem, lumina clara Sophos.
Adspiciant hodie Romani numina Regni!
Adspicient certè Lumina clara magis,
Hac inter quoq; te, Princeps Auguste, *videbunt:*
Qui Phœbi & Sophiæ vincere corda potes.
Quicquid apud veteres Heroas amatur, id omne
Ingenio tribuunt Numina prona tuo.

AD JOHAN CHRISTIANUM, Ducem in Silesiâ, Ligio-Bregens.

GAudet Brega, *cohors adplaudit Phœbica, Virtus*
Iubilat, exultat Pindus, ovatq; Solum.

Conspicor invectum generoso Heroa caballo :
Cujus quadrupedans agmina densat eques.
Eminùs agnovi divinæ frontis honorem.
JAN. Christjane *tua Slesidos umbo redis.*
Ingredere, ô Princeps *, populi tutela salusq;*
Maxima: perpetuâ prosperitate, veni!
Augustum *Patriæ Patrem dixêre Quirites.*
Sis quoq; tu Patriæ, Dux generose, Pater!
Principis est Pietas lux & laus primâ. secundum
A pietate locum Gratia mitis habet.

Nihil novi.

N*Il super orbe novi. Phœbus redit un & idem*
Quotidiè: atq; eadem Cynthia no micat.

Brun

Bruma reversa eadem est, eademq; revertitur aestas.
Est, & erit, quod erat. quid fuit? id, quod erit.

AD JOHANNEM à NOSTITZ, Noës in Strentzianis, Ducat. VVolavienf. & adjunctor. Baronat. Capitan. &c.

MAgna tui ingenii describere dona volebam.
Dissuasit monitu diva Minerva suo.

Nosticium celebrare suo qui gaudet & audet
Carmine, sit Phœbi praeditus ingenio.

Sic ait. Ecquid agam monitu perterritus isto?
Dicam, quod Veri conscia Diva jubet.

Nempè tibi qui sit par, quod sit rarus: at ille,
Qui major te sit, non sit; an hoc satis est?

Ad Pandolum.

A*Vt nihil, aut Cæsar. sic de te Pando sentis*
Symbolicè. Cæsar non eris. ergò nihil.

HENRICO ab HAUGWITZ in Prodelwitz Hæreditar.

M*Agnas pro magnis benefactis deb grates.*
Debita non possum solvere, tanta tibi.
Esto mihi clemens Haugvvitzi. *singu reddam.*
Quattuor hos versus accipe. pign erunt.

Multa fercula, multi morbi.

M*Vlta ferunt multis multos sua ferc la morbos.*
Si sapis, una tibi, quæ sapit, esca sat est

Ignis adest nostro sub pectore. fervida sed non
Vulcani aut Vestæ fax furit; urit Amor.
Quod sit amor, novi. sed quis sit, & unde sit, aut quid
Fortè velit, mihi quis dicat? an alma Venus?
Venus, ætherias inter Dea candida nymphas:
Quæ velit amplexûs, dic mihi, nympha meos.
…cibo, atq; tui montis sub valle latebo.
(Omnibus ad montem non licet ire sacrum.)
Quamq; tuo in gremio solam conspexero: solam
Hanc ego delicium solus habebo meum.

NVnc ego, quæ mihi sit, cognovi, caussa doloris:
Et cujus mea mens igne cremata gemat.

Te

Te video Veneris gremio, Charibella,
dentem.
Emicat intuitu prodita flamma tuo:
Lumina bina, tuos oculos, quia conj
in me:
Quid faciam? neq; servitio hoc me ex
licebit.
Fas erit, ut redamem, cujus amore fr
or.
Nil juvat, ut renuam. si tu vis, quom
nolim?
Si vel ames Superos, te redamare
lint.

Sum Charibella tuus, pro corde cor acc
pignus:
Et præter cor hoc, nil. quia pauper ago
Lauriger Heêrmannus dicor, non auri
Hermus.
Non mea Sardonychis dextra polita B
nis.
Non tibi prætendo generosi sanguinis
tum.
Stirps humilis mea; sed non inhone
tamen.

...t manifesta tibi, tibi sunt hæc cognita. quid tum?
Me tamen in tenui conditione colis.
...r, ô cur igitur tibi me quoq; tradere nolim?
Quod dixi, repeto: Sum Charibella tuus.

TOtus ego tuus ut sum, sic mea tu quoq; tota es:
O Charibella animi vitaq; luxq; mei.
...rs igitur communis erit, tu divide mecum;
Quidquid habes, tecum divido, quidquid adest.
...lætis gaudes? in lætis gaudeo tecum.
Gaudebis mecum, gaudia quando mihi.
...mœstis mæres? in mœstis mæreo tecum.
Mærebis mecum, Sors ubi mæsta mihi.
...uæ tu-cunq; voles, eadem volo singula tecum.
Quod volo, tu mecum vis quoq; mente pari.
...mmò, tibi ut breviter dicam, qui simus uterq;
Mens una in gemino corpore, & una anima est.

Unde

UNde sit ortus amor meus in te, Li
mea, quæris?
Me stimulat vultûs forma decora tui.
Nulla per immensum reperitur pulcri
orbem.
Tu Veneris speculum, sis nisi vera V
nus.

QVòd voco te Venerem, rides Cha
bella. nisi ipsa
Sis Venus, es Veneris filia, digna Iove.
Auri splendorem superant, me judice, c
nes:
Alta simul frons est, & spaciosa tibi.
Prona supercilium Natura tetendit in a
cum:
Quod licet hoc ausis carpere, Mome n
quis.
Illi oculi non sunt oculi; sunt sidera cœ
Quæ vitam & mortem dant mih
quando volunt.
Conveniens faciem lepidam tibi nasus h
nestat:
Et niveas decorat purpura grata gen
Ca

Candiduli dentes tibi sunt: tibi mellea lingua est.
Pulcra nivem æquiparant colla; labella rosas.
Nequeo mirari ; nequeo laudare. nec æquus
Posset Apollo satis laudibus esse tuis.

D LEONHARD. à KOTWITZ. in Kòben. & Nistitz Hæred.

QVæ benefacta mihi tua Gratia præstitit olim :
Quæq; hodie præstat ; non numerare licet.
Hæc ego, dum mihi vita manet, deprædico gratus.
Immò vel ante Dei commemorabo thronum :
Et simul Alituum chorus, & Trias audiat alma.
Quanta erit in tanto gloria vestra choro.

De

De Gallâ & Jano, Maritis.

GAlla jocosa viro canos objecit & a
nos.
Galla, quid objicias hos mihi? Janus a
Fortè Senex videor, caput hoc ubi respi
album.
Cunas, non canos adspice: sum juveni

AD GEORG. GERHARDUM J. U. D. Ducat. Olnens. & Mu sterberg. Consil. Supremæ per utram Sil. Præfecturæ Cancellar.

UT cata semper, ut est, occulta Sil
semper.
Hic quoq; sic cata, sic hic oculata fui
Quando tibi tribuit, quæ gestas, muner
quando
Se voluit totam credere tota tibi.
Omnes Eunomiæ tabulas quia doctus
unguem,
Ipsam Artem superas, nobilis arte tu
Oret, quisquis amat patriam, patriæq;
lutem,
Proq; tuâ vitâ, proq; salute tuâ.

N.

Nunq; salute tuâ; sibi patria nostra salutem,
Et vitam â vita spondet, habetq; tuâ.

Ad Charibellam.

SÆpè rogas, Speculum tibi dem. dare nolo. Venustam
Si videas faciem, gratia Corbis erit.

Ad Amicum.

TE vocat aula. aulæ num vis parére vocanti?
Dulcia promittit mella, venena dabit.
Aurea libertas; quinimmò charior auro.
Ad nutum Domini vivere, res gravis est.

CHRISTOPH. PELARGO, SS. Theol. D. totius March. Superintend.

CHartea qui videt Autorum simulacra PELARGE,
Quæ tibi sunt: truncus, ni stupefiat, erit.

Qui

Qui, quod lecta tibi sint quæq; volumina
norit:
Hoc opus immensæ sedulitatis ait.
Ingenio sed quod teneas hæc omnia, qui
quis
Audit, & attonitus non stupet, est stu
pidus.

AD JACOB. CHIMARRHA um Præpositum Lithomericen S. C. Maj. Eleemosinar. Majorem. Com. Pal. Equ. Aur. &c.

QVa dederis benefacta novem sup
Aone Musis,
Nec numerare satis, nec celebrare lic
Tu Pindum fulcis, ut cœlum cœlifer Atl
Laurea quòd vireat, gloria nostra, t
um est.
Hinc tibi perpetuo devincis amore poeta
Evehat ut laudes quisquis ad astra t
as.
Si mihi, quam supplex hôc ambio carmin
Laurum
Miseris; æternæ Thespidos autor eris.

Non faciunt Vates, certum est, sacra Serta; sed ornant.
Crescit & artis amor, quàm benè crescit Honor.

AD CHARIBELLAM.

DVm te non vidi; dixi, Charibella, venustam.
Nunc ubi te vidi; non homo, visa Venus.

AD FR. TAUBMANUM, Poëtam.

VNus erat Phœbus, duo sed vivente Melisso.
Nunc rapit hunc fera mors, unicus est, ut erat.
Sed uni gravis est moderari Heliconia tempe.
Taubmannum in Schedii collocat ergò locum.

In Effigiem.

CASPARIS CUNRADI, Phil. & Med. D.P.L.C.

N*i barbata forent* CUNRADI *hæc*
Poëtæ:
Ora forent, noster qualia Phœbus hab

AD FLAMINIUM GAST
nem. Phil. & Med. D. Phys.
Guræ Ord.

E*T lautè & lætè tua me cibat hos*
mensa.
Sed nugis ego te pasco poeta meis.
Te precor, ignoscas. coquus est mihi Phœ
in Hæmo.
Pascere non aliis me solet ille cibis.
Sedula quando meos Charibella sedebi
ignes:
Carmine non tantùm, sed quoq; ca
fruar.

Euclioni decrepito.

F*ilia nata quidem tibi; sed tua filia*
est.
Proximus est: at tu diceris esse pate

Ca-

or utriq; tibi; quia diceris esse, quod
haut es.
i; quod tibi non constet, id esse, quod
est.

De Ædibus renovatis.

LEASARI TILESI, JC.

ÆC species externa domûs speciosa:
Dianæ
nterior superat Fana decore suo.
nte sub Aonio si templa relinquat A-
pollo:
stâ, non aliâ vult habitare domo.
le sed est hæc forma tuis reparata, TI-
LESI,
Sumptibus, ut Dominus, sic micat ipsa
domus.
a Fides in te, Virtus, Doctrina, Themis-
que:
Quæ loca nulla, satis sint nisi pura, co-
lunt.

COBO SCHICKFUSIO, J.U.D. Consiliario Lygio-Bregens.

EN me, SCHICKFUSI, venientem lupinâ.
Pelle lupi indutum ne, rogo, pelle for
Integritas animi latet hoc sub vellere;
me.
Jussit, ut induerem, frigore tristis hy
Immò lupina fames latet hac sub ves
pinâ.
Horret ad effatum vestra culina m
Nil opus est. epulis placata quiescit o
Esuries animi vultq; rogatq; cibos.
Quem fidei saturent nisi mille tragem
verus
Quæ tuus excoxit Candor Amorq;

AD JO ab HOECKELSHOF
Uratisl. Philosoph. acutis

O Splendor Sophiæ patrisq; Phœbi,
HOECKELSHOVI; animi c
nostri.
Dicat, quid velit ille, quid vel iste;
In quo cæca cupiditas, Bonorum
Famam rodere & æstimationem.
Te natum ad regimen Scholæ fat
Cum Musis Sophie, paterq; Phœbus,

60

Jocus Viri & Uxoris.

QVemq; mori, certum est. si tu moriare, marita
Vir ait Uxori; Sponsa puella foret.
Fœmina respondet: quænam tibi nubere vellet:
Si tua tot videat pignora parva domi?
Imò vir inquit, ob hanc causam mihi nubere mavult:
Pignora si mihi tot viderit esse domi.

AD JOACH. HOSSMANUM. JC. & P.L.

TEmpus ad exiguum tenuit me clara Budorgis.
Parce Hossmane! tuam non licet ire domum.
Me comites rapiunt, Viadriq; celerrimus amnis.
Dicere quod nequii, scribere conor; Ave!

Herus quid, ad Janitorem.

AMbabus manibus si quis mea limina pulsat:
Vir furibundus adest; noli aperire domum.

Lenius & levius digiti si verbere pulsat;
Ne propera. secum fert nihil. immò cup
Qui digito nequit, aut manibus; sed popl
pulsat:
Huic aperi. munus portat utrâq; man

M.NATHANAELI TILESIC
P. L. Theologo, & Superint.
Melicensi.

L*Ambendo veluti catulos enixa figu*
Incultos, viridi quos parit Ursa so
*Sic tu, T*ILESI *vates celeberrime, fœt*
Judicii multâ sedulitate polis.
Scilicet hic mos est, laudabilis ille Perit
Ingenii ut trutinent singula lance su

AD ADAMUM SCHWEN
mium, JC. Consiliar. Mun-
sterberg.

A*D Musas jubet ire animus. diffua*
Egestas,
Auxilium nemo si ferat, ire mihi.

suam promittit opem; nihil ære Patroclus
Præstat. ferret opem, si mihi ferret opes.

JOHAN. GUNTHERO, in Illustr. Bregéo Gr. L. Prof.

Vgeminis, GUNTHERE, oculis gestare solemus;
Quos nobis Fidius, quos & amicat Amor.
mihi præ reliquis & amicat & obligat ardor
Purus, in his oculis te decet ergò geram?
on, ô non decet obscuris hunc claudere ocellis:
Omnem cui lucem contulit omnis honor.
mò decet, nam tu quoniam lux splendida Phœbi,
Lucem oculis poteris addere luce tuâ.

Sis oculorum igitur nostrorum lucidus
spes!
Aufugient tenebræ, lux ubi tanta
cat.

Ad Charibellam.

D*Ives opum non es : non sum de di*
turbâ.
Me tamen omnis amas ; te tamen om
amo.
Immodicas qui quærit opes , non qu
amorem.
Tu me, non mea vis: non tua , sed vol
Quisquis ad archetypum nostri fit am
amoris:
Inter amatores verus amator erit.

Ut Sors, ita Amor.

C*Ætera vincit amor , Sortem non*
cit. amorem
Sors ut amica vocat, sic inimica fug

PATRONUS AD CLIENTE
Arithmeticum.

Epè tibi nummos credo, si postulat usus
Quando reposco, mihi nil numerare soles.
For Arithmetica, sed non es practicus artis.
Nam numerare doces, non numerare potes.

E MICHAELE HILSCHERO, Eccles. Leoninæ Pastore.

Ama malum tenui mihi murmure dixit in aurem;
Nullus in hoc Candor tempore, nulla fides.
edideram, sed me decepit murmure falso
H.LSCHERUS, *quod sit candor in Orbe, probat.*

In Felicem Superbientem.

Ata tibi tribuunt, tribui quæ vota requirunt.
Crescit quotidiè gloria, crescit honor.
is felix licet, adflictos contemnere noli
Quæ rosa manè viget, Sole cadente cadit.

Domini eſt Salus.

CASPARIS CUNRAD
Med. D. P. L. C. Symbol.

C*Ur homines homines poſcuntq́; rog*
qué ſalutem:
Ipſius ipſi homines quando ſalutis eg
Aut ſi poſſideant aliquid fortaſsè ſalut
Non à ſe, à Domino, fonte ſalutis,
bent.
Tu Dominum potiùs, mens ô mea, poſc
lutem:
Dulcior ex ipsâ ſumpta Salute ſalus
Cuncta ſalus Domini, fidei hunc ample
re dextrâ.
Illa ſalus Domini ſit tua tota ſalus.

MARCO OLIM. MEO

M*ARCE tui dum juris eras, dum*
jugis expers:
Eſſe tuus poteras, & ſimul eſſe meus.
Jam meus eſſe nequis, quoniam tuus
nec audes,
Mancipium Dominæ factus es ipſe tu.

Q-

Qumodo Grammatici placet hac nova
forma loquendi?
Hic omnes dicunt; hic vir, & hac mulier.

AD NICOL. HENELIUM. J. U. D,

PRo Xenii pompâ mihi te transmittis
HENELI.
Abs te non poterant, te meliora, dari.
contra tibi dono. sed ô donatio dispar!
Aurea tu mihi das; plumbea reddo
tibi.

AD CHARIBELLAM.

QVid Charibella tuos oculos ego dixero? certè
Non oculos oculos dico, sed astra voco.
Sq; adeò fulgent. si me tuearis amico
Vultu, nox etiam lux mihi luce tuâ est

In obitum. M. ANDREÆ CALAGII, P. L. C.

Stamina CALAGIO *cùm mors secuisset Apollo*
Dixit: jam nequeo ludere; secta chelys.

M. JOHAN. BRACHMANO Scholæ Guranæ R.

A*Dsum, mi* BRACHMANE. *tuum desidero vultum:*
In quo constanter Gratia viva sedet.
Mecœnas mecum est, vero quem dil[igo] corde:
Et mihi qui vero corde favere solet.
Si vacat, exiguam te convenîemus ad [ho]ram;
Vixq; horam. ad cœnam cogimur esse [do]mi.
Vlterius si quis nostrûm velit esse molest[us,]
Ædibus ejicias me comitemq; meum.
Mentem aperi breviter. sed quid? sint [.]
diq; cura;
Vt detur nobis horula, cogit amor.

In Tenacem.

D*Extera pauperibus quæ det, nesciret [si]nistra.*
Debet. dat nihil hæc; scit manus ista [ni]hil.

AD-

[A]D DAVIDI FREUDENHAMMERO, Ecclesiast. Grasens.

Hospes in æde tuâ quoties fruor hospite mensâ;
Sis contentus, ais: rustica cæna datur.
[N]on laudabo cibos: tamen hoc tibi dico sub aurem:
Si sit ruricolis tam benè, rura colam.

AD ZACHAR. GOTWALDUM, Pastorem Winzenb.

Rösslerum, Gottwalde, meum post prandia visam.
Scribe, mihi an comitem te sociare velis.

MARTINO GRUNDMANO, JC.

Miscuimus varios hesterno vespere lusus:
Hi tamen ex animo presiliére bono.
Fæcundi calices quoq́ue me facére disertum
Incepi linguâ liberiore loqui.

Verveci adscribas, quem gignit amica B[…]
DORGIS:
Si mea sit vario mixta loquela joco.
Debet adhuc nasci, faciant quem pocul[…]
sanum.
Qui sapit hîc, aliàs desipit, immò furit[…]

Ego & Nemo.

O*Mnia quæ fiunt, à Me, vel Nemine f[…]*
unt.
Quæ bona sunt, EGO; quæ sunt mala
Nemo facit.

BARTHOL. ROSSLERO
Pastori Coppicens.

F*Rigidulas, Rösslere, manûs mihi tang[…]*
& inquis:
Tecum conjugii fœdus inibit anus.
Quin mihi propterea sociabitur ignea Vir-
go.
Non gelidâ glacie Lympha; sed ign[…]
calet.

Studiosus non-Studiosus.

C*Vr te titillas Studiosi nomine pulcro*
Cùm studio-Sus sis, vix studios[…]
eris.

Pro-

Proficis in studiis, in morum deficis usu:
Deficis inde nimis; proficis inde minùs.

In Album.

MICHAEL. SUTORII, Transylvani.

Sollicitus conviva tuus sum nuper, in Album
Me tibi velle aliquos scribere versiculos.
Tunc tuus adproperat famulus; mihi porrigit Album:
Promissi memorem me jubet esse mei.
Tunc poëtarum semper vis credere verbis?
SUTORI. *noli. fingere sæpè solent;*
Et sine naufragio famæ, quinimo poëta,
Qui nequit eximiè fingere, laude caret.
Ne tamen illa tui spes sit frustranea voti:
En tibi veridicam servo poëta fidem.
Bis-sex versiculos, fidei tibi colloco testes.
Annon, quàm mea sit prodiga Musa, vides!

In Phililillam.

Concors & discors nostra est, Philillil
Voluntas.
Tu juvenem; juvenem nec minùs ip
volo.
Tu me vis; ego te nolo. discordia quada
est.
Sed te non possum ducere. cur? Anus es.

In Mollum.

Uxorem tibi ducis anum; conducis al
mnam
Pulcram. non sum augur, sed scio, qu
facias.

GEORGIO, GEORGII THE besii, Ecclesiastæ in valle Peregrinantium Fil.

Quis tu Puelle amabilis
Qui ludis in cunabulis?
Proles Patris laudabilis,
Matrisq; delectabilis.
O pumilillе Pupule,
O delicate flosculе,
Ætate cresce floridâ,
Omni vigebis gratiâ.
Patrem perito pectore,

Pa

etate matrem colite
quabus. hoc novem Deæ
uâ augurant ex indole.

AD CHARIBELLAM.

SÆpè rogant, quâ tu Charibella moréris in urbe.
Quové loco, nulli dixero, sæpè rogent.
Hoc potius dico; sine me te vivere nusquam:
Sed quod sis semper mecum, ubicunque moror.
Nullibi te, mea Lux, qui te vult quærere, quærat:
Quàm, quod amica tui mansio, corde meo.

FABIANO ILGESIO, Patritio & Pharmacop. Bregéo.

PRo Creticâ nummos tibi debeo solvere Nardo.
Sed tibi si cupio solvere, desipio.
Quidquid enim vendis mihi; te tibi vendere, certum est,
Alter tu quoniam sum; quoniam alter ego es.

Ergò nummorum nihil ut tibi debeo, Frat
Candide; nummorum sic tibi solvo nihi
Instas, ut solvam tibi debita? debita so
vam
Hæc mihi, tu credas esse soluta tibi.
Quod mihi fit, tibi fit: velut & mihi fit, ti
quod fit.
Persona, an nescis, una eademq; sumu

De Sarâ, ad Amicum.

SI sacra Sara foret, foret haut tibi chari
ulla.
Dimidiam Lunam jungito; Sara s
cra est.

AD FUNCULUM.

NIl tibi quod pariat sterilis tua, Func
le, Conjux;
Conquereris? Satis est fertilis illa tho
Prole licet careat, multos tibi gignit an
cos:
Sponte suâ auxilium qui tibi ferre
lent.

AD JOHAN. BAUMANNUM Pastorem Polckowic.

Mi-

MVlta solent multi multis tibi dicere
verbis.
Multa sed hæc-inter, Subdola multa
serunt.
IANE tibi paucis ego dico paucula verbis:
Sub paucis dico nil nisi vera tibi.
Et sic dico: Tuus sum totus; totus & es tu
IANE meus. nihil his verius ac brevius.

AD CHARIBELLAM.

ERipis hos oculos. oculos mihi redde, Puella.
Eripis hanc animam, redde, Puella, animam.
Eripis hoc ipsum cor. redde, puella, cor
ipsum.
Eripis immò ipsum me mihi: redde mihi.
Heu miser! exoculatus, & exanimatus, &
excors,
Et sine me queruler. quid? sine me morior.
Non, ô non morior. moriendi etiam eripis
artem.
Vivere nulla datur vis mihi; nulla
mori.

*Redde oculos mihi, redde animum mihi
redde cor ipsum:*
*Meq; mihi ereptum, redde puella mih
Heu revoco! tua sint erepta hac omnia.
lam*
*Te mihi trade. in te reddita cuncta m
hi.*
*In te oculati oculi, atq; animata anima
atq; cor ipsum*
*Cordatum. ipse etiam mecum ero, ero
meus.*

GEORGIO WERNERO, S

*QVinam esset verè locuples, aliquan
rogatus*
*Dixit Epictetus: cui satis est, quod h-
bet.*
*His etiam meus est animus. sat vixero
ves,*
Si bona fama mihi; si mihi nulla fam

Juno, Venus, Pallas.

*IVno, Venus, Pallas sunt numina pulc
sed inter*
*Hæc, tamen in medio plus Venus al
placet.*

I-

JEREMIÆ HOFMANNO. Sil.

CVr ita miraris, juvenes HOFMANNE quod istas
Inquinet haut hirtis aspera barba genas?
Quisq; sui mores observat Principis, an non
Imberbem Phœbum sit mihi cura sequi?

AD CHARIBELLAM.

MOllia quòd scribo, si scribo poëmata de te,
Ne miráre, jubet scribere mollis Amor.

MARTINO HENDSCHELIO, Patrit. Gurano, Poëtæ suaviss.

DEcumbo graviter. febris me querquera torquet.
Sub curâ Medici vivo, Deiq; manu.
Non paucos habui, mihi qui sua corda dederunt
Hactenùs. hôc morbo nemo furente probat.

Hic

Hic mundi mos est. hominum pars maj
adorat
Phœbi adventantis, quàm morien
equos.
Unicus è multis, HENDSCHELI, visis
agrum,
Per famulam mittens fercula grata t
am.
Te stabilem probo. tu posthàc mihi chari
antè
Quàm fueras; quanquàm sat quoq; ch
rus eras.
Dii faciant, à te scelerata Podagra reced
Sana Fides sano corpore digna tua est

AD AMICUM.

QVod tua sit, nostrâ Charibellâ, pulc
or Ægle:
Ploco, me quoties conspicis, ore crepas.
Pulcrior esto! sat est, si sit mea virgo pudi
Sæpè puella nimis pulcra, pudica min

Sermo.

REs levis est, leviter quia Sermo
aëra fertur.
Sed graviter violat pectora, quando vol

[S]ubitò subit, è Lare cordis segniter exit.
[Ur]it, quos transit, fortiter igne suo.
[Au]fertur citò, sed nunquam revocatur amorem,
[Q]uem fugat ex animo, vix reparare potest.
[Q]uando, ubi, quid, cum quo loqueris, prius exige tecum.
[S]ub sermone tuo vitaq; morsq; tua.

Pulex.

A Morsu quod mors habeat sua nomina, testor.
[A]dvenit à morsu mors mihi namq; meo.

DIVES ET PAUPER.

D Ives ait ; numerare meos ego nescio nummos.
Et numerare meos nescio; pauper ait.

In Decrepitum Avarum.

C Orradis tibi divitias per fasq; nefasq;:
Quamvis in tumulo pes stet uterq; tuus.
[St]ulta nimis res est, sibi velle viatica tanto
Quaerere conatu, quando peracta via est.

Ad

AD JOHAN. LUBIGIUM Pastor. in GroßOsten.

PAstor have. testem vitæ, pro more r
cepto,
Hæc rogat Heva meam jam-nova n
pta manum.
Edita legitimo (nil mentiar) illa cubili:
Patre pio, quamvis paupere, matre pr
bâ.
Non monitûs, non est exempla secuta P
rentum.
Prostituit sese corpore, facta Lupa.
Ter stetit ad valvas templi, suffusa pudor
Supplicium meritum ferrea torquis er
Hinc expulsa tulit contextum è strami
sertum.
Ne redeat, nisi sit jussa redire, domu
Hæc testis refero. tu fac, quæ Spartas
quirit.
Peccati veniam, qui resipiscit, habet.

THOMÆ ARNHOLDO & Annæ Finsterin, secundùm Sponsis.

Filius es lucis. quid nunc caligine gaudes?
Dum tenebrosa tuos intrat Amica thoros.
Cum tenebris quid amicitiæ lux fulgida nectat?
Clara dies noctem; nox fugit atra diem.
Sed nihil hîc metuas. caligat nominis umbra.
Matronale jubar respice; tota micat.
Cernis, ut ex oculis scintillet Gratia; Virtus
Ex animo; Venus ex corpore; fronte Decor?
Nomina quid curas igitur? simul intùs & extrà
Splendida cùm tua sit Sponsa, pudica Venus.

IACOBO SIGFRIDO, Pastori Lobendaivensi.

Vir es, & ingenuus, quem Candor honorat, amicus.
Absq; fide nostram non sinis esse fidem.

Ad

Ad Cyathos (ita rumor ait) convitia nup
Sparserat in Musas ebria bucca meas.
Non poteras tolerare malæ dicteria lingu
Hinc, quàm chara tibi sit mea fama patet.
Par referam, si quando licet, si quando necesse est.
Interea grates has tibi solvit amor.

JOHAN. GENISCHIO
March. novo Eccl. Zedliciana Pastori.

E*T gravis & suavis tibi tradita cur* GENISCHI:
Quando tibi templi tradita cura sac
Cura gravis; quia te contra furet Orcus Orbis.
Dæmonis & Mundi fabula, Mysta L est.
Immò etiam cujus quærisq́ꝫ, cupisq́ꝫ (sal tem:
Ille tuam quærit sæpè cupitq́ꝫ necem.
Sed confide sub his mundi satanæq́ꝫ pr cellis,
JANE: *Deus tecum est, hoc Duce cun domas.*

Q

i vocat, ille jurat. Post agmina mille laborum,
Grata tibi venient præmia; regna Poli.

D M. CHRISTOPH. CO-IUM, Medicum, P. L. C. Annæ lichen/Magni Keysers/ Consul. VVolav. relictæ viduæ Sponsum.

Ux Hilari *&* Felicis *erit, sub amore jugali*
uâ tecum ludet Cæsariana Charis.
n ex animi voveam tibi mente, Tuæq;,
njugium felix conjugiumq; hilare?

AD EUNDEM.

Uid mirum, Cochi? tibi quòd Kölichia nubat.
empè opus est prunis, si cupis esse Cocus.
tuis super his coque talia fercula Prunis:
uisq; sibi decimo qualia mense vovet.

AD EUND.

CÆsarium tibi præ reliquis placet, op
me COCHI
Nomen. Cæsariâ Daphnide clarus ob
Nunc etiã Magni nubit tibi Cæsaris Ux
Quæ morata satis fœmina, culta satis.
Cæsariâ velut es lauru; sic conjuge dignu
Immò & Cæsario dignus amore vir e

AD EUNDEM.

QVæ mihi bis-sextâ scripsisti luce
cembris:
Obtulit hæc Jani nunctia sexta dies
Carmina me votiva rogas. hac grat
horâ,
Quâ scio conjugii sacra futura tui.
Cùm fuerit, quæ nunc est Sponsa, puer
quondam:
Fac citius referat candida Fama mi
Et citiùs mea vota leges, inscripta Coch
Officium nequeo tale negare tibi.

In Natalem.

GEORGII von VELDE
Pomeran.

Üc sis Melpomene! relinque colles
Pindi. perfer & hos parum dolatos,
lorem Pomeraniæ, phaleucos.
el sacra; vel Utriusq; Juris
utatur opus; vel osculatur
s dulcia mella Lipsianæ,
bros Taciti, Salesvé Plauti,
usas Juvenalis. hunc, cavebis,
bare tuâ loquacitate.
ucis; hodiè dies, Georgi,
is tuus est. Ligatus esto!

HIERON. PRÆTORIUM, Sil.

ò valetudo semper te dura fatigat?
Ut statuis, patriæ chara sub arva redi.
rodest uni, non omni est commodus aër.
uram, ut nosti, cogere, res gravis est.
tam nupto tibi fœdere junge. salutem,
am medicina negat, sæpè puella dedit.

AD BELLAM CHARIBELLAM.

ADspice me Charibella: tuis ego la
ocellis.
Basia fer: labii nectare vivo tui.
Me thalamo dignare, mei qui fructus a
ris.
Ludere malo thoro, quàm residere thr

AD CUPIDINEM.

ME quoq; parve Puer, tentas violar
gittâ?
Falleris. Hanc pharetram pone: ferir
quis.
Spicula nil tua sunt. Oculi sunt sp
nostra
Virginis. Hos oculos sume: ferire po

AD CHARIBELLAM

FElicem noctem mihi cur, Chari
precaris?
Mecum ito. Sine te sunt tua vota ni

In Philautiæ filium.

S re tuum esse, aliquid magni, quis nesciat? artes,
as didicêre alii, te didicisse patet.
tuum sed si nescires, gratior esses.
re tuum tumidum te stolidumq; facit.

Ira furor brevis.

revis est furor Ira, velut brevis est furor Ira.
terris expers nemo furoris erit.

* * * *

furor brevis est. Si verum est; absq; furore
on fuit, est, & erit: qui fuit, est & erit.

HANNI à GELHORN, Eq. Sil.

Ecte te novi, GELHORNI, sanguine fulges:
ada sub ore, animo Ius Pietasq; sedent.
me nosse queas, tibi pauca Poëmata mitto.
scipias, precor; &, cùm vacat hora, legas.

Alliciat si fortè tuum mea Musa favore[m]
Hæc erit in laudes tota parata tuas.

JOAN. RUNTORFIO, Seni[ori]
Pastori in Falckenhagen.

PRægnat homo variis circum præco[rdia]
curis.
Quis benè posse mori curat, & esse po[...]
Cùm tamen æquali pede caulas pulsa[t &]
aulas
Falce suâ omnisecâ de tribus una [...]
Omnis enim moritur, qui oritur. sed di[...]
sorte.
Intrat aquas stygias impius; astra pi[...]
Vt cecidit lignum jacet. hac am[...]
vitâ
Vitam cœlestem, vel retinere potes.
Vix moritur benè, qui malè vixerit: &
quisquis
Vixerit, ille malâ morte perire neq[uit]
Cura sit hæc igitur curarum maxima, [Chri-]
sto
Vivere, & intra ejus brachia, posse m[ori.]
Sic ea mors, non mors; veræ sed jan[ua vitæ]
est:
Laus & in ipso hominis nescit obire [...]

Bertrande senex, docet hæc tua Concio, verbi
Flumine plena sacri, Flamine plena DEI.
: lucem videat. Cur lucis in Orbe sit orba?
Monstrat & æternæ gaudia lucis iter.

AD VENERILLAM.

Arbara sint quamvis tibi nomina, barbara non es.
Nulla fugis juvenum pectora, nulla fugas.
d te, non à te fugiunt quoq; Martis alumni.
A te, non ad te sed bona fama fugit.

AD MARITUM QVEND.

PEssima quòd Conjux tibi sit crux pessima, voce
Conquereris tristi, consiliumq; rogas.
onsilium dare res gravis est. tamen hoc dabo, mores
Corrige, non potes hos corrigere? ergò feras.

Qui ferit, & non fert; nihil improbitatis aufert.
Quam non verba movent, verbera nu aomant.

MICHAELI SPERERO, Lign Sil. in Philothec.

N*osse & Posse alios, & Velle juv salubri*
Consilio, auxilio prono, animoq; bono
Debita sunt tria, quæ poscit sibi Proxim abs te.
Nosse & Posse deest si tibi; Velle sat

Eidem.

T*urpia quisquis amat, neq; sit, neq; amicus.*
Virtus est fidei nodus, amoris honos.

PAX MARITALIS.

P*Ax non est, Mulier si vincat amara maritum.*
Pax est, si jaceat victa marita viro.

Xant-

Xantippen bonitas toleravit Socratis. Uxor
Talis adhuc hodiè multa; Maritus ubi est?

MATTHÆO VECHNERO, Phil.& Med. D.Physic. Fraunstad. Ord.

Sæpè valetudo mea quòd, VECHNERE, vacillat:
Hæc incommoditas commoda magna parit.
Efficit, ut mea sit pia, sobria vita, vigilq́;:
Et monet, ad mortem semper ut aptus agam.
Qui solet esse memor quôvis in tempore Lethi:
Quantumvis moritur, non solet ille mori.

AD JOHAN. MOLLERUM, P. L. C. Med. D.

Dousa-Pater tecum est; mecum Patris æmula proles:
Et Phœbo & Musis gratus uterq́; cycnus.
Quid soboli queat esse animi, trieteride totâ
Cernere quæ nequiit lumina cara Patris?

Ejulat hîc sacras inter, velut orphana, Musas:
Heu ubi mi Pater es, clamat? adhuc n[illegible] vales?
Desinat ut tandem lacrumarum adflict[illegible] propago:
Fac, redeat celebris carmine Dousa pater.

De Mæchâ quâd.

CVm quodam lusit sub dio Macha. maritus
Advenit. ille illam velat, aitq; viro:
Si vis hoc lusu meus esse sodalis, adesdum.
Dii melius, vir ait. casta marita domi e[st]
Vera locutus erat. quis enim non vera pu[tabit]?
Nempè foris *tantum est mœcha; pudi[ca]* domi.

JOHANNI BAUMANNO Seniori, Rauten. Pastori.

LIngua dicax valeat mendacibus ebr[ia] nugis:
Quæ Baumanne *meum te cor amare n[e]gat.*

Res manifesta probat sinceri pectoris ignem.
Dispereant, qui nos dissociare velint.
Omni parte tuo officio me spondeo gratum,
Quâ potero. tenta. res dabit ipsa fidem.

In Mopsum.

OFficio par sum tibi; tu mihi Mopse nec impar.
Attamen ex omni non sumus asse pares.
Corpore sum gracili: venter tibi turget obésus.
Hinc tu te Phœbum; me nihil esse putas.
Sed dic, cur ego sim gracili; tu corpore crasso?
Musa mihi curæ, Mopse; taberna tibi.
Excandes? noli. qui, quæ vult dicere, dicit;
Idem, quæ non vult, audiet aure pari.

AD CUNRADUM GRASERUM, Gymnasii Thorun. Rectorem.

MItto tibi, Grassere, *meas celeberrime Musas.*
Cur faciam, quæris? te recreare volo.

Non quod in illepidis chartis lepor insit: & omni
Prorsus ego amotas esse lepore puto.
Sed mea quando leges mala carmina, lætus ovabis:
Quòd mea tam mala sunt; quod tua tam bona sunt.

Tumulus

CASPARIS CELICHII, Senioris, Theol. & Antecess. mei.

L*Ucta mihi finita bona est, cursusq́ peractus:*
Floruit in puro corde retenta fides.
Nunc me, quam tribuet justus super æthere judex,
Justitiæ & Fidei sancta corona manet.

AD JOHAN. STOLSIUM J.U.D. Sponsum.

S*Chola tua patria mihi ubi placuit, ibi tibi:*
Lepidule ô anime, capitulum hilarulum.

bi

Ubi tua nec erat anima tua: mea nec erat
Mea. Mea tua erat anima; tua mea.
Jam an aliam animulam animula tua lepidula amat?
An uti mea fuit, ita ea mea manet?
Mea uti tua fuit, ita manet: ita hilaris amat
Occulitùs oculum, & animitus animum.
Precor idem & aveo: tua ſiet ut anima mea:
Mihi & ita faveat, ut ea tibi favet.
Sed ego quid ago? age; neq; animula tua, mea erit:
Mea neq; tua erit, erat ut ea priùs.
Tua thalamicuba tibi erit ita animula: mihi
Agit ut animula mea Thalamicuba.
Fruere me ut oculo, ut oculo ego quoq; aveo frui
Te. Ita tibi, ita mihi ſtabilis erit amor.
Precor at ut aliquid ego, precor ego Animulæ id: ut
Ea benè valeat, Ea benè pariat.

AD BENIGNUM WIRTH.

Hoſpitio tenui fruor hôc ego veſpere, veſtro
Hoſpes in hoc agro dum peregrinus ago.

Me, rogo, carne cibet, vel piscibus Hospita nummos
Spondeo. sed dare vult nil mihi, præter olus.
Quin etiam potus non est cerevisia, acetum est.
Monstrat pro lecto stramina dura mihi.
Mitto tibi carmen, pro carmine mittito carnem.
Carmina chara tibi sunt; mihi chara Caro.
Vel potius tecum liceat mihi sumere cœnam.
Hic inter Mopsos nec caro chara sapit.

AD PANDOLUM.

G*Randia dum scribis, mea Disticha parvula carpis,*
Pandole, magna tibi, sed mihi parva placent.
Laudant, & laudo, quæ scribis Apolline dextro.
Sed tua qui laudant, Pandole, nostra legunt.

Amico cuid. de Amico quod.

A*RDENAS tibi perdidit columbas?*
Tam mites, lepidas & elegantes,

Vt possint nitido suo colore
Ipsus vincere Cypridos columbas.
Is ignaris ob hoc scelus, dolesq́?
Ipse, aut restituat tibi columbas:
Aut det his similes tibi columbas.
Vnde sumat, ais? suo cerebro
ARDENAS alit & gerit columbas,
Vel mille velis dari columbas.

* * *

Volat è clathris speciosa columba. quid obstat?
Nidificat cerebro multa columba tuo.

LEONHARTO BAUDISIO, Lignicens. Sil. Scholae Patriae ProR.

GRata LVBENA tibi, tibi semper amata LVBENA est.
Et meritò. quia te laudat, honorat, amat.
Cur tamen haec loca tam tibi grata & amata relinquis?
Fata volunt: Patria te pia vota vocant.

Spernere

Spernere Fata nefas. Patriæ contemne
vota,
Pectoris ingrati stygma merere potest.
Ito igitur Patriæ votis Fatisq; vocatus.
Qui probus est iter hoc propositumq; pr
bat.

AD BRYLLUM.

C*Um rident omnes, omnes cùm Bry*
loquuntur:
Nec ridere soles tu, neq; Brylle loqui.
Si proprium ridere hominis, si Brylle prof
est:
Quâ ratione hominis nomine dignus er

NICOL. HENELIO, Sil.

H*ENELI, nivei Candoris amœna pr*
pago:
Aurea quem docuit fallere nolle Fides
Nulla mihi soror est; frater mihi null
avaro
Omnes eripuit funere Parca ferox.
Sit Charibella soror; te nomine fratris
mabo,
Si placet. Hac certâ conditione tamen:

Ve tua sit soror illa, meam quam dico sororem.
Inter rivales non benè durat amor.

Ad JACOB. CHIMARRHÆUM, Com Pal. Eq. Aurat. S. C. M. Eleemosynar. Major. &c.

DEt DEUS & Cæsar, quoscunq; mereris honores.
Tu mihi da Laurûs germina, si merui.
Sin minus hæc dederis, Charibellæ basia figam:
Mittat ut aureolâ serta ligata manu.

AD CHARIBELLAM.

OMnia vincit amor, dicis. Si Lux mea, verum est:
Cur non, ut mea sis, te quoq; vincit amor?

Ad Amicum suspicacem.

ÆDibus exieram visurus littora Rheni.
Intereà pulsas ostia. Nemo domi est.

Me

Me tamen esse domi, clamas. nugamina pro
fers:
Cùm tibi de serâ limina nocte patent.
Si tamen hæc narrare velis quasi vera, lice
bit.
Non sunt vera mihi, quæ quasi-ver
voco.

BALTHAS. SCULTETO, Sil.

QVæ tibi visa, placet: placet & mihi vi
sa puella:
Vt magis haut possit diva placere Venu
Altera digna Jovis thalamo, Phœbi altera
messis
Hinc speranda tibi nulla, nec ulla mihi.
Pauperies inimica viris, qui castra sequun
tur
Cypridos. Et Probitas friget, ubi a
caret.
Sperandum tamen est, aliis licet utraq; nu
bat.
Multa puellarum vernat in Orbe Seges.
JOVA pater tuus, & meus est, qui cura
egenos,
Si tua, si mea sit casta, venusta sat est.

AD

AD D. R. M. D.

STulmannus rediit, sua quem mala caussa fugârat.
Fas, premat audacem debita pœna reum.
Sin minus; ipse mihi Phœbus sua suggerit arma.
Jam calamos acuit, me nisi jura juvent.
Grata mihi pax est: nec amant fera bella Camœnæ.
Sed quid? si nimis est læsa, repugnat Ovis.

AD CHARIBELLAM.

DVlce viatori fons in sudore levamen:
Agricolæ exacto grata labore quies.
Cùm flagrat Erigone, blandi placet aura Favoni:
Splendet Erythræâ lucida Jaspis aquâ.
Adficiunt tenerum liquidissima mella palatum:
Oblectat nitidis me Rosa pulcra comis.
Sed mihi vel verbum Charibellæ gratius unum est,
Fonte, quiete, aurâ, Jaspide, melle, rosâ.

AD

AD CHARIBELLAM.

Consilium formæ, speculum tibi mitto, Puella:
Ut videas, vultûs quæ sit imago tui.
Pulcra satis, juvenis satis es: vix par tibi virgo est:
Et quæ te possit vincere, nulla datur.
Sed nimium tibi ne placeas, hoc adspice donum.
E vitro est. Vitreum sic tua forma bonum.

AD H. B. Cognomento Tollmannum.

Me dicis puerum. Cupio, Tollmanne probari.
Dicere non satis est. Dicta probare decet.
Quinq; & viginti quia nondum natus es annos;
Inquis. Me puerum, vir bone, sic ne probas?
Sic probo: Nam propriè puer hic in jure vocatur.
Hoc est, stulticiam jure probare suam.
Ne verò Tollmanne cadas sine judice caussâ:
Judice damnatus Codice juris abi.

AD

AD C. C. Fautorem honorand.

QVis sit Ranutius, tua quærit epistola, Cherus:
Vatum delicias, qui dedit, Orbe frui.
Hic est, quem Themis, Historiæ, Phœbusq; Saisq;,
Quem Lepor, & Sophie, Suada, Charisq; colunt.
Nube Lycophroniâ caput inficit. Abjice peplum.
Et Myrtilleti fulget Apollo tibi.

AD ADAMUM BIELSKIUM.

BRegæ lætus eras; vivebant omnia tecum.
Cur hîc læticiæ deperit ista seges?
Hîc, ubi lacteolas habet Argentina Dianas:
Quæ possint rigidos exhilarare Senes.
An quod amabilitas, quod amor, quod vita, Venusq;,
Et Charis omnis abest, dum tua Cypris abest?
Ne tristare. Tibi, licet absens, fida manebit.
Et, nisi te velit hæc; altera virgo volet.

In

In Calumniatorem.

Non sine peccatis in mundo vivere possum:
Ut sine peccatis vivere nemo potest.
Me tamen esse malum si dixeris ore molesto:
Ut male sæpè malo promptus es ore loqui:
Dicendus mihi non malus es, sed pessimus: omnis
Si collata omni sit tua vita meæ.
Ludo, non lædo, dicis? sic dico vicissim.
Quid mea vox aliud, si tua vox jocus est?

Ex Æsopo.

Quid magis est validum, quod conterit omnia, Ferro?
Qui ferrum excudit, qui subigitq́, Faber.
Sed ferro & fabro, Mater robustior audit.
Nam Fabrum, ferrum qui domat, illa tulit.

AD

AD JUSTUM MÆIERUM J.U.D. Et Marcum Florum, Oratorem, Argent. Acad. PP.

OMnes Eusebiæ, Themistos omnes,
Omnes Hippocratis seorsim, & omnes
Cultores Sophiæ vocatis, almæ
Quos hic imbuit humor Hippocrenes.
I tum mentio nulla subsequuta est.
Me; qui Pieriâ sedens in umbrâ,
Leves Hendecasyllabos rudesque,
Pantillo brevis & rudis poëta,
Quonam me referatis, indicate?

AD M. HOSEAM SCHADE.

A Damno tibi lingua dedit vernacula nomen.
Hoc etymon falsum nominis esse probas.
Utilis es, cuicunque potes. dare rectiùs ergò
Debuit Vtilitas nomina vera tibi.

Ad

Ad A. B. amicum.

QVis credat, quæ dico? tamen vera dico.
Verior est dictis nulla Sybilla meis.
Flammam me dico; dico me flumen aq[…]rum.
Flamma mihi mortem; fata minan[…] aquæ.
Sed nec inest flammæ, nec aquis tam ma[…] potestas:
Quæ mihi pro imperio dicere possit; o[…]
Excrucior modò! nec res leniet ulla dolor[…]
Quàm mea si me cum scandat An[…] thorum.

M. MELCH. LAUBAN[…] Philosopho & Poëtæ.

UT primùm licuit videre Musam
LAUBANI Lyricam; quis hujus [a]u-tor?
Quis Musæ pater est? subindè quæro.
Quid de Patre rogas? Minerva dixit:
Autoris lege nomen, & videbis.
LAUBANI lego; Pindari putabam.

AD

AD MATTH. ZUBERUM, P.L.

Era mihi referunt, qui te, ZVBERE, Poëtam
Æternâ dignum laude vocare solent.
siculi tibi manè fluunt, & vesp̄ere sero.
nter & hos calices Pallade digna canis.
inq; mihi scribis; scribo tibi disticha quinq;
Plura mihi noli scribere; nolo tibi.
quia non loca sunt nostris accommoda Musis.
Hîc potant. hîc est ipsa Minerva. jocus.
vis plura tamen modulari carmina; differ.
Quæ sapit auroram, sobria Musa sapit.

AD GEORG. GUNTHERUM.

berbis mihi pridiè sub Hæmo.
usarum Pater obviabat. ipsum
batum video sed hac tabellâ.

Jam, GUNTHERE, redis ab arce Pind
Dic; num factus Apollo multibarbus?

AD JOHAN. TIMÆUM, The
& Poëtam.

F*Raunstadium veni. sed vix tua te*
subintro:
Nam metuo, ut possint me tua t
pati.
In cœlo velut est Sol unicus, unica Luna:
Nec perfert similem Sol, neq; Luna s
Sic; nisi decipiat mea me sententia men
Pertolerat vates nec domus una duos
Immò duos perferre potest domus una
tas:
Ut perferre potest sidera multa Polu

M. JOHAN. BRACHMA
Scholæ Guranæ R.

C*Ernere te volui, veteri tibi junct*
more.
Aoniâ pubem Rector in æde doces.

Qua

Quattuor ut dabit hora sonos, BRACHMANE, redibo:
Hospes & hac tecum nocte cubare solo.

JOHAN. HEERMANNI

EPIGRAMMATUM

LIBER III.

AD LECTOREM.

GRata tibi, Lector, novitas; ingrata vetustas.
Hinc Musæ novitas, est quoque grata meæ.
quæ grata tibi nunc est, ingrata erit olim:
Quando meâ ex Musa virgine fiet anus.

IDOLPHI II. ROMANOR. Imperatoris semper Augusti Tumulus.

ÆSARIS hic tumulus. RUDOLPHI nempè SECUNDI:
Qui verâ imperii laude secundus erat.
quia perpetuò nihil est super Orbe secundum:
mnia præcavit fata sinistra DEUS:
c & ab Orbe, Poli super omnia transtulit astra:
æsar ubi æternâ pace secundus ovat.

HENRICUS IV. REX GALLI[Æ],
indignâ morte peremptus.

Vita quòd es, debes uni mihi Gallia [...]
tam.
Salva quòd es, clypei robur id omne [...]
est.
Me neq; Mars, neq; vis, potuit prostern[ere], sed quod
Mars & vis nequiit, fraus scelerata f[...]
Gallia te geme, non me. nam quâ luce tr[a]dor:
Corruit hac mecum vita salusq; tua.

DE ELISABETHA, ANGL[IÆ] REGINA.

Virtutes, Regina, tuas quæ Musa, autor
Sat canat? Euterpe, & magnus A[...]
nequit.
Quidquid erat Meroæ Candace, Semi[ramis]
Orbi
Assyrio, Illyricis maxima Teuca vir[...]
Debora Judæis, Volcisq; Camilla, Joan[...]
Gallis, & Scythicis quidquid erat [...]
myris:

Illuderas Heroa tuis Regina Britannis.
Ecce tuas laudes Mundus & Astra sonant.

In Aulum.

Sæpè rogas, faciat tuus hîc quid filius Aule.
Dicam. te sequitur. quid facit ergò? bibit.

In Eundem.

Aule, tui gnati mores vis noscere? dicam.
Sobrius, est homo: Sed bestia, quando bibit.
Hauriat unde suos mores, ne quære. Patrissat.
Tu bibis, ille bibit: potus uterq; furit.

AD JACOBUM I. MAGNÆ BRITANNIÆ Regem.

Quæ tibi tradiderat moriens sua regna, JACOBE.
Quid Regina fuit? vix homo; Diva fuit.
Quem te nunc mundus, quem te veneratur Olympus?
An tu regnandi dexteritate minor?
Profuit imperio, dum præfuit illa Britanno:
Rectius ut nequeat Juno præesse Polo.

Clara Viri magis est Virtus tamen. aur
fulget
Luna: sed hæc minor est lumine, Phœb
tuo.

AD CHRISTIANUM WIL-HELMUM, ArchiEpiscop. Magde-burg. Germaniæ Primatem.

SI felix populus, quem Dux regit ar
peritus:
Felix est populus, te dominante, tuus.
Gratus Apollo tibi, Princeps celsissime, sem
per:
Semper erat studio culta Minerva pio.
In Francfortani norunt habitacula Pind
Clara Tubinga; immò Gallia tota r
fert.
Teutonia nequiit fieri te dignior Atlas.
Floret in ingenio Scibile quodq; tuo.

AD GEORGIUM RUDOL-PHUM in Silesiâ Lignicii & Bregæ Ducem.

Pecto

Pectore quàm leni tibi subdita regna gubernes:
Gaudent hæc eadem subdita regna loqui.
Mitis amare soles populum, celsissime Princeps.
Plus servis Patriæ, quàm tibi, more Patris.
Parcere subjectis gaudes. tibi publica cordi
Pax est. tu Musis ocia grata facis.
Prædicat has animi virtutes Hesper & Eos.
Laus tua transcendit sidera, laude suâ.

In Aulâ quâdam scriptum.

Nomine me, Dux celse, tuo rogat Aulicus; unde,
Vel quis sim, quid agam, pergere quovè velim?
Silesia progenuit; me fecit Apollo Poëtam:
Cæsaris ex horto Daphnide cinctus eo.
In patriam tendo. sed nulla viatica restant.
Paupertas comes. est exitiosa via.
Fama mihi quæsita; fames & fama reperta est.
Quid me fama juvat, si necat atra fames?

Quæ dicenda tibi, dixi. tu dic mihi contr.
Quis velit hos loculos ære replere meos?

AD SEPTIMUM.

AD *Quintum & Sextum scripseru*
carmina multi
Carmina sed scribit, Septime, nemo tib.
Septime ne prorsus vivas sine carmine: va
Ad te, qui scribo carmina, primus ero.

SOMNUS.

HOspes ubi venio, primas mihi vend
partes.
Cernere si me vis, lumina claude tua.

AD BREGAM.

DE JOHANNIS à NOSTIT & Nöes, in Strentzianis, Capitan. Wolaviens. Adventu.

Incl

INcluta BREGA tuum sublimiùs erige frontem.
Nobile lumen adest. vel magè; numen adest.
IAN-NOSTITZIADES intrà tua mœnia venit;
Dignus Romani sceptra tenere fori.
Pallados & Themidos cui cognita numina non sunt,
Hunc videat, geminum numen hic unus habet.

LEONHARDO à KOTWITZ. in Köben, Hereditario.

OMnia fausta precor, satis hôc ego triplice verbo,
Hac tibi luce, tibi qua genitiva, precor.
Millia votorum, decies vel millia, amici
Mille ferant! nequeunt plura vovere tibi:
Quàm voveo LEONHARDE, Cliens tibi fausta Patrono:
Versu ubi dimidio hôc, omnia fausta precor.

AD FRIDR. CLOSIUM, J.U.D.

NEctere si liceat, libet ut mihi, Teuton
ritu,
Compedibus Domini libera colla mei:
Te præsente juvat Domini constringere vin
clis
Libera colla, CLOSI, candide Juris a
mor.
In tenui tenues quia sunt mihi corpore v
res:
Vires ipse meis viribus adde tuas.
Dividuum tibi lytron erit mecum. lab
æquus,
Æqua sibi poscit præmia, jure bono.

WENCESLAO à ROTKIRCH in Winzenberg. Eq.Sil.

AUrea quod sit amica sacris Aurora C
mœnis:
Credere te, mirâ sedulitate probas.
Publica vix quartam Campana annunti
horam,
Surgis; & ad Phœbi templa decora red

Prim

Prima tibi sunt cura preces: sacra lectio cura
Altera: Jura Dices tertia cura tibi.
Præmia magna meres. ingrata Silesia certè est,
Ingens pro studiis ni tibi detur honos.

IN TRULLUM.

EST Privigna tibi, facie pulcerrima Virgo:
Quæ Veneri posset dicere; cede Venus.
Vitricus hanc multi tractes quasi duriter, ajunt.
Non habeo nugis his ego, Trulle, fidem.
Charior hæc longè propriâ tibi conjuge. quare?
Privigna est juvenis Trulle, sed Uxor anus.

CUNRADO RITTERSHUSIO, J.C. Consiliario & Antecessori Norico.

FLoruit in Baldo Themis innuba; Musa Marone;
In doctâ Sophie mente Platonis erat.

Flexanimi vigust Ciceronis in ore Minerva
Graja Pericléo cordis, in arce Venus.
Virgilius, Baldus, Plato, Tullius atq; Pericles,
Tu RITTERSHUSI es, teste vel Invidia
In cerebro cur ergò tuo non floreat ipsa
Musa, Themis, Sophie, Graja-Latina Venus?

AD JACOB. SCHICKFUSIUM J. U. D. Gymnas. Bregéi quond. Rect. nunc Aulæ Illust. Consil.

RECTOR *Athenæi, quô Slesia nostra superbit:*
Rector magnificis annumerande viris.
Quæ mihi præstiteris, nequeo benefacta referre.
Si possem, nemo gratior Orbe foret.
Non præceptor eras, licet hoc quoq; nomine clarus:
Numen eras, homini si Deus alter homo
Qua mea non poterit tibi reddere curta supellex:
Reddere de cœlo vultq; potestq; Deus.

BEL

BELGIA

De Justo Lipsio, V.CL.

Sim felix aliàs: felix tamen hoc quoq́ dicor:
Magnum quod peperi Belgia Lipsiaden.

In Symbolum CHRISTOPH. RŮMBAUMII, Med. D. Poliatri Uratisl.

Morior & disco: Utinam & mori!

Quotidiè morior: disco tamen omnibus horis.
O benè, si possim discere, posse mori!
Suave mihi; reliquas didicisse fideliter artes:
Quæ laudum titulos, quæ Bona multa vehunt.
Sed benè posse mori tamen, ars est maxima: rectè
Quam si quis didicit, maximus arte vir est.

CHRI-

CHRISTOPH. RÖSSLERO Phil. & Med. D. Aulæ Bregenſ. Archiatro ordinar.

LAnguebam. potui vix hinc ſperare ſalutem.
Tam longo mecum tempore morbus erat.
Nunc, RÖSSLERE, tuo mala ſunt medicamine pulſa.
Dic mihi, quid precii, quæ tibi dona feram?
Theſauros & opes hoc tempore nemo lucratur:
Qui ſequitur cathedras, optime Phœbe, tuas.
Munere gratus ero, ſi me fortuna benigno
Adſpiciat vultu; divitiisq́; beet.
Aut, quoniam Sors eſt plerumq́; noverca Poëtis:
Hos tibi verſiculos muneris inſtar habe.

IN PANDOLUM.

PAtria magna tibi, mihi parva. hinc criminor abs te,
Pandole. Sed reor hoc criminis eſſe nihil.

Si

i tamen esse aliquid statuas hoc criminis: esto!
Sit mihi dedecori patria; tu patriæ es.

LAMINIO GASTONI, Phil. & Med. D. Physico Guræ Ordinario.

Humanum si quis te, GASTO, dixerit, errat.
Humanus non es: Viva sed ipsa Charis.
umanos vidi multos hôc tempore: nullum;
Qui tam mansueti moris & oris erat.
res saltem Charites veneranda putaverat Ætas.
Nunc es haruspicio tu mihi quarta meo.

D MARTINUM GOSKIUM, Sil. Phil. & Med. D.

Qvalem aliquando velim, quæris Martine, maritam?
Quæ Studiosa DEI, quæ Studiosa mei.
rbi divitias; immò nihil æstimo. Vultûs
Si mediocris erit forma, venusta satis.

Si verò pietas, & opes & forma jugentur:
Quid tribus his potius det mihi sac
Trias?

Scio, Cui credidi

MELCHIOR ECCARDI, Theo & Superintend. Olsnens. Symbolum.

CRedite Vanicolæ, cui vultis. fingite vi
bis,
Quem cupitis: vobis pingite, quem coliti
Finge tibi Martem miles. tibi finge Dianat
Actæon. Se jam rustice finge tibi.
Pinge tibi Plutum Rhypocondyle: ping
Voluptam
Impie. Neptunum navita pinge tibi.
Numina finxistis, pinxistis numina vana.
Hinc omnis spes est irrita, vana fides.
Ille mihi potiùs Deus est, qui sanguinis im
bre,
Adfixus ligno, crimina nostra luit.
Hunc novi, huic credo, donec mihi vita su
perstes.
Unus hic est animæ vita salusq; meæ.

D

De Alexandro Magno, & Diogene Cynico.

Dixit Alexander, qui re, qui nomine Magnus,
Diogeni Cynico: mené etiam metuis?
Cui Cynicus: bonus, an malus es? bonus, inquit. at ille;
Cur te igitur metuam, Rex bone, si bonus es?

Effigies Fortunæ.

Foemina dives opum, cur sim sine veste, requiris?
Dona ferens aliis, nulla reservo mihi.

MATTHÆO ZUBERO, P. L.

Sit felix! Bregam redeo. novus hospes in urbe
ZUBERE es, Clarii luxq́ decusq́ chori.
Carmina nostra probas: & lauru digna fateris:
Quamlibet hoc Momus, bestia dira negat.

Daphnida

Daphnida non spondes modò, sed quasi porrigis. hac spe,
Quippe tuo jussu Lauriger esse volo.
Tu mihi sis autor, sis dux ad pergama Pragæ:
Tu CHIMARRHÆI, quæso, recludе fores.
Hunc mea Musa sibi nisi conciliavit honorem:
Ut mereatur adhuc, Laurea calcar erit.

AD HENRIC. GOTWALDUM, Sil.

Quod *sit amor, novi. quid amor sit nescio, dulcis*
Henrice. *at libuit fingere, quid sit amor.*
Hinc ficta est & dicta mihi Charibella. puella
Nullibi sit, (velut est nullibi.) nulla licet:
Nullibi non tamen est prorsus; non nulla. sed usquam est;
Corde meo. est aliquid; carmine nempè meo.
Hujus amor mihi nulla trahit dispendia secum.
Hanc laudo, hanc lædo carmine; pecco nihil.

Corbis

[C]orbis agat reliquos in publica probra. repulsam
Non timeo, quamvis sint mihi mille proci.

[A]D BALTHAS. SCULTETUM, S. l.

[I]Nter equos Mopsum venientem cernis: & ex me,
Quis sit, quaeris. equum conspicis inter equos.

[C]ASPARO CUNRADO, Phil. & Med. D. P. L. Caes.

[I]Ngenuè dicam: praeferri, magne Poëta,
Carminibus possunt carmina nulla tuis.
[T]radita Virgilii tibi plectra; Salesq́; Catulli:
Ad Flacci Musas & tua Musa sapit.
[I]ngenii de fonte fluunt epigrammata, vates
Qualia Bilbilicus scribere doctus erat.
[H]ac tua fac videant praeclara poëmata lucem!
Parnassum vendet, carmina Phoebus emet.

AD

AD ELIAM CAPLERUM Pastorem Grammitsch.

QVanta sit integritas tibi; quàm sit a-
more redundans
Suave tuum cor, in hoc corq; caput
meum;
Experior. tu prolis amas me candidus in-
star.
Ingratus ne sim, te vice patris amo.

Invidia.

JVstius invidiâ nihil: hæc est æquior æqu
Autores cruciat justa tyranna suos.

JOHAN. MENCELIO, Med. D Physico Glogoviens. Ordinar.

CVi datur in Sophiæ, Sophiam coluiss
Lycæo:
Non ulli Sophicâ cedat ut arte; V
est.

C

ui datur in medicâ luctari semper harenâ:
Non-ulli medicâ cedat ut arte; vir est.
ui datur à variis adeò clarescere linguis:
Linguarum ut nulli cedat agone; vir est.
In tu MENCELI præclarus es omnibus.
ergò
Laus ea tota tua est: triplice laude vir es.

ESAIÆ HERMANNI, Theol. Vratisl. Symbolum

SI DEus pro nobis, quis contra nos?

PRo me si Deus est, me contra quis velit esse?
Sed pro me Deus est. Munde quid ergò furis?

AD WILHELM. PENCELIUM, Ecclesiast. in Schabenaw.

QVem stipulata manus nuper promisit amorem:
Hunc fore perpetuum, tu Patris ore refers.

Nulla

Nulla meam subiit mentem dubitatio, cha
PENCELI: an stabili stet tua cru
fides.
Copula nos irrupta tenet: quæ nescia so
Ante meos obitûs, ante obitûsq; tuos.
Fama meas, & fama tuas communis in a
res
Spargat pro lubitu nunctia falsa suo:
Quis curat? plebeius amor moveatur
aurâ
Quâlibet: à nullo turbine verus amor.

GEORGIO GRETSERO, Sil. Secretario Olsnensi.

Moris apud multos hoc est: ut hono
adepti
Syrmata, plus nimio colla superba gera
O moros mores! sequitur quos Morio, n
vir
Pallados & Charitum semine proge-
tus.
Est melior tibi mens, Charitum GRETSE-
RE propago.
Mores mellifluos non tibi mutat honos

[T]umeant alii! sed tu quod es, esto. Superbos
Trudit ad ima, humiles tollit ad alta DEUS.

[I]OH. SIGHARDO, Schwidnicens. Sil.

OMnia lite madent. hominum vis tollere rixas?
Octo literulas tolle; MEUM atq; TUUM.

In Pandolum.

UT præsigne tibi scribam quoq; Pandole carmen:
Quò tua non possit fama perire, rogas.
[D]ignum laude virum laudo. te quomodo laudem?
Totus qui variis deditus es vitiis.
[P]ilato veluti dat nomen Passio Christi:
Sic potes in nostris nomen habere libris.

[M]. GEORG. GERHARDO, Sil. in Illustri Bregéo P.

VUlgus me Sponsi titulo, GERHARDE, salutat.
Si non est fatuum vulgus, erit fatuum.
Empturus volucrem, caveas emat antè, necesse est.
Sub dio quænam virgo cubare volet?

JOH. COELICHIO, Sil.

QVi cupit invidiæ bonus evitare latratûs:
Transeat Oceanum Sauromatasq; feros.
Immò licet venias illuc, livore premêris,
Morsibus invidiæ nec locus iste caret.

AD BARTHOL. RÖSSLERUM in Koppitz Pastorem, Jocus.

BARTHOLOMÆE, meis hodiè soci... tus amicis,
Me fore dicebas magnum aliquando ...rum.
Quî possim, perpende velim. mea persp... membra
Parvula. me totum cerne; pusillis ero.

Qui parvus semel est perfectâ ætate: futuro
Non poterit fieri tempore magnus homo.
Pendendo volui puer hoc extendere Corpus;
Non potui, mansi parvus, ut ante fui.
Affer opes huc Crœse tuas: mihi confer & omne,
Aurea quidquid habet divitis unda Tagi:
V magnus fieri nequeo. Cur dixeris ergò?
Hunc fore me, nunquàm qui tamen esse queo.

AD MOEVIUM.

Moevi, quid grunnis? quid latras invide Mœvi?
Hæc non ad stomachum fercula cocta tuũ?
Quid tum? cuiq; suum caput est, ceu Pileus. & mî
Pileus ut meus est, sic solet esse caput.

AD MELCH. HENOCKIUM, Notarium Prausnicens.

FLamma nova exoritur. quia te mihi, me tibi jungo.
Hic novus, HENOCKI, fac veterascat amor.

Est quidem noVitas homini gratissima rerum.
Esse sed interdum grata, Vetusta solent.
Cetera contemptum pariunt Antiqua. faVorem
Hæc tria conciliant; Vina, Numisma, Fides.

Ich wags: GOtt walts.

JOHANNIS à REIBNITZ. Eq. Sil. Symbolum.

AVdeo. sed nunquam temerè. temerarius ausus
Icariis quondam nomina fecit aquis.
Si quid agam; Numen precor, hos moderetur ut ausus.
Qui facienda facit, hôc Duce, recta facit

Victus Goliath.

HOrridus & membris, truculentus & ore Golias,
In genus Isacidum Verba cruenta Vomit
Sternitur à puero. CaVeat quicunq; superbit,
Fastum pœna solet, corpus ut umbra, sequi.

LIBE

LIBERALITAS.

It pietas par, si non omnibus æqua facul-
tas.
Ex animo, non ex pondere, dona placent.

PETRO SCULTETO,
Sil. P. L.

Osse loqui tecũ, voveo mihi sæpè, tuumq;
Cervere vultum. hodiè fiet utrumq;.
veni.
SCULTETE veni. mihi sis conviva. re-
cusas?
i non esse meus vis, tuus esse volo.
ulit Hospes aquam, panes, cochlearia,
quadras:
us nigricante suâ portat Alumna ma-
nũ.
nem non vidi. dabitur tamen, ut reor.
adsis!
i caro non saturat te, saturabit Amor.

OHAN. SIGHARDO,
Sil.

Ecumbis? tecum decumbit JANE
Leprosus:
grotat Servus, Centurionis amor.

Orat Centurio: fundit pia vota leprosus.
Magnanimâ facit hoc fultus uterq; fid
Servus convaluit: Leprosi morbus abivit.
Cur igitur lectus te tuus usq; premat?
Vivit adhuc Medicus. dic; Si vis maxim
JESU,
Me sanare potes. dic ita: salvus eris.
Ille tibi responsa dabit: volo, sanior esto.
Quid cessas igitur surgere? surge! vales

Litigium conjugale.

NE sine lite torus sit, lis erat orta M
ritis.
Imperium sibi vult fœmina; virq; sibi
Subdita cur tibi sim? tu terra, ego Costa
roq;:
Materiâ supero te meliore meâ:
Subditus esto mihi potiùs. sic fœmina di
Sed, parére tuum est, Vir ait, & par
Tu de carne meâ: tu me velut umbra se
es.
Tempore qui prior est, hic & honore p

GEORG. DOEMELII, ECCL-SIASTÆ Tarnoviens.

Symbolum.

Gratia Dei Salvamur.

NOn precio meritoq́ meo patet aula Salutis.
Quod placeat, DEUS hîc nil reperire potest.
Nomina nostra Libro vitæ quòd scripta leguntur:
Sola DEI facit hoc Gratia, solus amor.

In Philothecam. Dan. Urbani.

BRESLÆ animo insculpsi; nunc fœdera nostra Libello
Inscribam. solido majus amore nihil.

M. BARTHOL. SCHWETKIO,
Gymnas. Breg. Collegæ.

MIrus amor meus est. quod amo, pro tempore nil est:
Et nil & nusquam, nunc quod amatur, erit.
Id verò quod & est, & erit mihi fortè, (sed illud
Esse meum, nondum jam scio.) nullus amo.
Si jam, quod nihil & nusquam est, amo: quid, rogo, fiet?
Quando novam Sponsam Sponsus amabo novus?

HENRICO GOTWALDO,
Pastori Prausnicens.

Donasti Veneres Catullianas,
Donasti Veneres Tibullianas,
Donasti Veneres Propertinas,
Mi GOTVVALDE, mihi novemq́ Musis,
Et tribus Charisin caput venustum.
Quid donem tibi? quod solent poëtæ.
Paucos versiculos remunerabor.
Hoc parum nimis est? cape ergò grates
Tot, quot sunt veneres Propertianæ:
Tot, quot sunt veneres Tibullianæ:
Tot, quot sunt veneres Catullianæ.

JOHAN. BAUMANO,
Sil. Eccles. Polckwiz.
Pastori.

Sunt Musæmulæ, sunt carmina crimina multis:
Laurea Pierii, quid nisi Larva, Chori?
Sed nil JANE novi est. asinus non æstimat aurum:
Non gemmas; potius stercora Porcus amat.

Exódi

ódit Musas, spernit mala vipera carmen:
Quum non Aonio carmine digna facit.

D GREGOR. FIBINGIUM, Ecclesiasten in Deichslaw.

A Te prima mea ceperunt semina Musæ.
Debita FIBINGI posce didactra, dabo.
gratos fugio cane peius & angue cuculos.
~~*Dixeris ingratum; dixeris omne nefas.*~~
ramia nulla dari tibi vis, nisi fortè poëma?
Ecce poëma tibi scribo, didactron adest.
armine si cunctis mea solvere debita possim:
Versiculis hodiè debita solvo mea.

DANIELI ROTH, Sil.

NOmine tu ruber es, facie sed pallidus. Unde
Pallor hic? à nimiâ sedulitate venit.

Pallida sit facies. quid tum? cole Pallad.
sollers.
Palleat ut nunquam laus tua, Musa vetat

Epitaphium.

ANNÆ HEERMANNÆ, Soro ris dilectiss.

QVi transis, hemo siste pedem paullisper & ista
Perlege. maturo tempore disce mori.
Hîc ex Heermanni thalamo generata puella
Annis parva, animo magna virago cub
Lustra duo nondum vixi: me falce perémit
Atropos. hîc cineres jussit habere meos.
Anna meum nomen: quod nomen amabi
cunctis.
Gratior at probitas, vita fidesq; mea.
Patria Ruta mihi. nescit marcescere Ruta
Floreo sub Rutæ florida virgo sinu.
Custodit DEUS ossa mihi, neq; perditu
unum.
Mens ovat in Christi sanctificata man
Aligeri nectunt Paradisi è flore coronam.
A Christo dabitur texta corona mihi.

Cœlic

Cælica, pro Rutâ terrestri, Lilia dantur:
Libera pro mundi carcere Regna Poli.
Quæ fuerim, quæ sim, quæ summâ luce futura;
Te docui. si vis, Lector, abire potes.

AD JOH. HOFMANUM, Sil.

Carmina proveniunt vetulo madefacta Falerno.
Non mihi vina placent, vena nec ergò fluit.
Scribo parum, bibo namq; parum. sint JANE sat ergò
Disticha bina tibi, pocula nulla mihi.

AD MARTIN. HENDSCHELIUM. Sil. P.L.

Qvum video Fidei tabulas, video esse fideles
Quosdam: sed quosdam suspicor ingenuos.

Quorum mens animi nequit ingeniumq; videri:
Turpiter an fallant me, vel amanter ament.
E certis certè tu certus amicus es: ut non
Certior Hyrtacidi vixerit Eurialus.
Ingenium mentemq; tuam sic promis: amorem
Ut simul expromas. nil tibi fraudis inest.
Hæc quàm rara fides, HENDSCHELI docte poëta!
At quò rara magis: hòc quoq; chara magis.

MELCH. MYLIO, Sil.

AVt studet, aut Heermannus amat: quia pallet. amicum
Ludis ita, ô fidei pars nova facta meæ.
Tu propius lusu potes hôc alludere vero:
Pallada si Veneri jungis. utriq; procor.

AD FLAMINIUM GASTONEM Medicum celeberr.

Mult

MVlti sæpè rogant, quæ cœna sit optima, GASTO.
Respondent alii pro ratione suâ.
Judicio tua Cœna meo fuit optima Cœna:
Qua data Convivis fercula quinq; tuis.
Et sapidus cibus, & generosa falerna, peritum
Colloquium, dulcis Musica, cana Fides.
His ubi mensa nitet, rear an quid abesse? cibari
Juppiter haut meliùs cum Ganimede potest.

In Album
GODEFREDI RADMANI, UratisL.

QVi juvet in cœlis, Deus est & sufficit unus;
Qui juvet in terris, non satis unus homo.
Ille manet stabilis: sed hic est mutabilis. unus
Si tamen ê multis candidus est, satis est.

AD GEORG. FABRICIUM, Secundum: à Falckenstain, Theolog. & P.L.C.

CAssoviam properas. iter hoc describere multis
Versibus incepi. pergere non potui.
Tu quia Pieridas tecum trahit unicus omnes:
Ad se Sirenum ceu trahit omne canor.
Hoc tamen ex animo quod prodiit, accipe votum:
Et quod amica fides optat, & optat amor.
Dux DEUS esto tuus: comites sint agmina Cœli!
Sic totus tutus, quùm gradiéris, eris.

AD TRES DEAS.

JUno tibi pavo; tibi Pallas noctuâ; Cypris
Grata columba tibi est. munera cuiq; feram.
Vos, me quæ deceant, mihi reddite munera. Pallas
Artes, divitias Juno, Venus sociam.

SEBASTIANO LANGIO, Palat.

DImidium est animæ (dixit, qui dixit) amicus.
Tu mihi dimidium tale; ego tale tibi.

Si

Si me destituas, ego te si fortè relinquam:
LANGI, dimidium, deliciumq; mei.
Dimidio absq; mei foret haut mihi vita superstes:
Nec tibi vita foret dimidio absq; tui.
Verùm ego te nullo; me nullo deseris ævo.
In stadio fidei transfuga neuter erit.
Absit ut hoc vitium de me quis dicat: & absit,
Ut vitium de te dicere tale velit.
Immò loqui de me, de te quis pessimus ausit;
Non credent, quibus est cognita nostra fides.
Ecce manum! ecce fidem! nunquam fuit ille fidelis,
Qui quasi Vertumnus, pectora vertit amor.

VOX VIVA.

Mortua vox Scripti; sed vox est viva Docentis.
Plus movet hæc animum, quam movet illa tuum:
Sed quamvis Scripti vox mortua; viva Docentis:
Illa tamen vivit longius; ista minùs.

In Gryllum.

Nobilibus similem te stirpis origine jactas:
Et toties numeras stemmata. Grylle furis?
Sartor erat Genitor; Fartoris filia mater.
Hic est, quem jactes, nobilitatis honor.

AD ZACHAR. GOTWALDUM, Ecclesiast. Winzenberg.

Hora venit, patriæ quâ linquere dulcia tempe;
Meq; jubent alio vivere Fata Solo:
Cum ROTKIRCHIADVM stellâ, cum prole Dearum:
Quas alit Aonio nostra Minerva jugo.
Nos igitur commendo tibi. tua molliat ara
Numen, ut ex voto res cadat ista meo.
Exitus & reditus tranquillâ navigat aurâ,
Si DEVS in cursu dirigat ipse ratem.
Sed reget. à precibus superabitur. omnia vincit,
Quæ vinci nequeunt, vis animosa precum.

CASPA

CASPARO SIGHARDO, Sil.

QValis eras, es adhuc: nimirum fidus amicus.
Donec ero, tibi ero, qui tibi fidus eram.
ec tibi possim alius, quàm vivere verus amicus.
Dico SIGHARDE tibi candide, suave caput.
ntiquæ probitatis homo es fideiq́. nec ipsa
Te probior probitas, nec magè fida fides.
onec erit mundo probitas super ulla, fidesq́:
Et tua erit probitas, & tua pulcra fides.
onec & ullus erit fidei, & probitatis amator:
Charus eris fidis, charus erisq́ probis.
on fumos tibi, non fucos tibi vendo, SIGHARDE.
Hoc ait ipsa ipsâ cum Probitate Fides.

G. CALESIO, Silesio.

ALESI, in foveā cecidisti calce repletā.
Pulcra novæ vestis nunc ubi forma tuæ?
e cautum facient aliena pericula. posthàc
Non ibo ad foveas ebrius: ibo domum.

Sic ego ex te ludo, sic te STEINOVIA. ni scis?
Risores comites talia-passus habet.

AD JOHAN. CLAPIUM. P. L. Weichianæ Eccles. Pastorem.

GRatus ut hospes erat, sic nunctia grat ferebat
COCHIUS: ex Lauru quem sacra Sert manent.
Sincero quod amore mei flagraveris usq;
Nunctiat. ó cordi suavia. verba meo!
Hanc dedit æquus amor legem, ut redamemus amantes.
Ex hac, JANE, meam spondeo lege fidem.
Non ego te vidi, neq; tu me. quid nocet isthoc?
Pallada, quam neuter vidit, uterq; colit.

Nulli gravis, omnibus usui.

AMBROSII SCHULTISII. J C. & Musici, Gymnas. Bregei Collegæ Symbol,

Erga

ERga alios tua mens quæ, qualis, quanta sit, ex te
SCHVLTISI nolo quærere: Lemma probat.
Scilicet esse soles nulli gravis, omnibus usu.
Talis homo erga homines est mihi verus homo.

M. CHRISTOPH. COCHIO, Medico, & P.L.C.

ORe tui Patris, & suavi modulamine Clejus,
Vber amore mecum cor penitrare cupis.
Præmittam quid multa? patet tibi janua cordis,
COCHI Castaliæ dulcis amator aquæ.
Ingrediare. animi tibi quis penitrale negârit:
Quùm tibi Musagetes non penitrale neget?
Hic tibi jam Laurûs de frunde minatur honores.
SCVLTETVS tribuet nobilis. ede caput!
Daphnide te primùm decorabit. Apollo quid inquit?
Hic loca, qui primus tēpore, prima meret.

BAR-

BARTHOL. ROSSLERO, Pastori in Koppitz.

QVid carpis, ROSSLERE, moras in amore frequentes?
Dic, rogo, quid caussæ, cur tibi culper, habes?
Femina non equus est, liceat quem vendere rursus.
Consultanda diu, quæ statuenda semel.
Maturabo thorum, quùm quid decrevero certi.
Nec tardare mihi, nec properare libet.
Qui tardat nimis, adpositam sibi negligit escam,
Si quis amor subitò fit, subitoq; perit.

Deum Mente Respice.

DANIELIS MERBIGII, Symbol.

DEspice mundum, & opes mundi, quæ nil nisi nil sunt:
Magni aliquid mundus se licet ipse putet.

Respice

Respice mente DEUM, qui mentis compos es. unus
Rebus in omnibus est omnibus omne DEUS.
Si Solo tibi, sive Polo quid voveris: Unum
Esse tibi hunc credas omne Solo, omne Polo.

Te nec lauda, nec culpa.

NE laudare cave. proprio laus sordet in ore.
Nec, quæ culpa tuo proditur ore, minor.

Spe Precibusq;.
SEBASTIANI PREUSS,
Sil. Symb.

Pe precibusq; meis, quæ perpera, prospera fiunt.
Irrita ne spes sit, vis facit una precum.

JOHAN. HEERMANNO,
Civi Rautenati, Parenti
Chariss.

DIvitias nullas mihi, prædia nulla relinques:
Antè meam mortem si moriâre, Parens.

Quid

Quid tum? sæpè hominem patrimonia maxima perdunt:
Audaces animos ad mala multa trahunt.
Abs te magna satis Bona sunt mihi tradita: quamvis
Ex arcâ Crœsi sint data nulla mihi.
Sacra tuo monitu conscendi culmina Pindi:
Quo sua cùm Musis gaudia Phœbus agit.
Jam vitæ quibus usus eget, Doctrina parabit
Omnia: si vegetat corpus Hygæa meum.
Es pauper? confide Parens. te desero nunquàm.
Et tibi panis erit, si mihi panis erit.

JANO HILARIO.

CLamas, & rides, & saltas, JANE bibisti.
Vis tecum hæc faciam. da prius, unde bibam.

AD BALTHAS. SCULTETUM Sil.

PEssima res dictu: sed res verissima dictu
Vulgus amicitias Ebrietate facit.
Quærit quis Bibo sit; non quis sit honestus amatur
Qui cyathis notus, sit licet ille nothus.

Vix certè invenies SCULTETE, è millibus unum:
Quem tibi Sobrietas jungat amicitiâ.
Ipse decor Phœbi, nisi thyrso agiteris Iacchi,
Non movet: & siccam pænitet esse fidem.
Multibibas jam quisq; gulas amat: & sibi quid sit
Ad stomachum, crebris computat articulis.
Numen amicitiæ passim venerabile fœtet:
Proq; Deâ in cellis vini bibace sedet.
Sed non durat amor, quem Bacchæ incendia gignunt:
Ebria cùm cyathis statq; caditq; fides.
Nos pia Sobrietas, Pietas nos sobria jungit.
Quàm meliora facit fœdera noster amor!

In Philotecam.

IOHAN. FRANCISCI, Sil.

ALbo nomen ut inseram, precaris
Mi FRANCISCE, decus novem Sororum,

Quæ cum Phœbo habitant in Arce Pindi.
En obtempero! nec magis minusvè,
Quàm nomen tibi colloco. Joannes
Heerman, Silesius: Poëta Lauru
Coronatus. habes, quod expetebas.

In Effigiem.

ELISABETHÆ JOANNÆ LEONIS, ex Familia Westonio Anglæ: Poëtriæ L. Melisséæ,

ADspice VVesthoniam Lector, nostri d- cus ævi:
Ceu fuerat quondam Fulvia docta sui.
Lingua Britanna ipsi vernacula: sermo B- hemus,
Teutonus, atq; Italus notus, & Ausoni
Exornat prælustre genus virtute decorâ.
Carmina quando canit, quid nisi me canit?
Pallada cur colitis, quam nemo viderat u- quam?
Nulla vel est Pallas; vel modò VVesth- nia est.

T-

Tumulus.
JOAN. STAVEMANI,
Pomer.

HAc quis humo? Patriæ STAVEMANVS gloria terræ:
Quem Juvenem juvenes, quem coluére senes.
Nondum complêrat nonæ trieteridos ævum.
Multos æquabat Palladis arte Senes.
Hic error mortis. nam mors ubi divite vidit
Doctrinâ juvenem, credidit esse Senem.
Si juvenis legis ista, necem properare memento.
Te jam crede mori, qui legis ista Senex.

AD M. MARCUM FLORUM. J. C. Eloq. in Acad. Argentin. P.

VEr quot habet flores: sed floribus undiq; plenum est,
Quando parit Zephyro conjuga Flora viro.

Tot florent etiam tibi, FLORE ô floride, flores:
Cujus adest labiis conjuga Svada comes.
Differitas tamen est. Floræ marcessere flores
Possunt: at nunquam, floride FLORE tui.

Argenteo Laureæ Circulo insculptum.

LAuru justitiæ me cingat in æthere JESUS.
Hæc CHIMARRHÆI munere Serta gero.

DE ANAXAGORA.

IN regione aliâ quidam moriturus, ave
Increpuit genios, increpuit Superos.
Esto bone moriture animo! tibi ubiq; Orcum,
Dixit Anaxagoras, una eademq; est.

[G]EORG. GUNTHERO, Sil.

[C]Ur non calceolis, crepidis sed sæpius utar,
Me GUNTERE rogas. hoc rationis habe.
[Co]rporis hanc partem mihi quam natura negavit,
Addere Cerdonis subula larga solet.

In M. Joh. Pauli Crusii Natalem.

AGnoscisné diem? CRUSI. tibi vincla parata.
Effugis at manibus vincla parata meis.
[J]amq; tuis laqueis constrictus adhuc decumbo.
Captivus frustrà in libera colla furit.

In Ejusd. Philothecam.

[C]Um tibi me Fidei, sacra copula junxit ad aram:
Vel tibi CRUSI animum, vel tibi verba dedi.

Si tibi verba dedi, cur vis jam verba? require
Ipsum animum. Ipse animus fundus amicitiæ est.
Si verò ipsum animum dedi: ut ipsum animum dedi amicum:
Posthabito ipso animo, cur modò verba rogas?
Nec tibi verba dedi, tibi nec dabo verba. nisi ipsum
Vis retinere animum, tu mihi redde animum.
En renuis. quam cautus homo es, quàm callidus. astu hôc
Explorare cupis, num dare verba velim.
Sed quid ego adfaniis tecum hic modò litigo? verba
Dum nego, ego CENTUM jam da Verba lego.

In Quappum.

QVappe quid hoc? aliò venias si forsitan hospes:
Vina decent pisces, dicere Quappe soles.

Qua

Quappe domi poteris vel nunquam piscibus uti:
Aut falsum est, quod tu dicere Quappe soles.

I. THEOPHIL. DACHTLERO, Argentinæ Judic. Matrimon. Secretario.

QVæ virides quondam tulit ex Helicone corollas
Gens pia, Cæsaribus grata, probata Diis:
...rtur in Elysium post fata migrasse viretum:
Cumq; Jove ambrosiis se satiare cibis.
...gmentum nemus Elysium: vel si nemus ullum
Elysium, nemus hoc Bibliotheca tua est.
...cula quos etenim primæva tulere Poëtas,
Et quos hæc etiam tempora nostra ferunt:
...os ibi congestos oculo perstringimus. & non
Te-penes Elysium credimus esse nemus.

AD BELLUM.

DIves es. ergò tuos cur, BELLE, recusat amores
Phyllis? amabo virum; non amo, dixit, opes.

AD M. JOH. PAULUM CRUSIUM.

QVi spumante equitat suo caballo
Ad Pindi juga, Thespiosq; nectar
Noctes atq; dies bibit, coronam
Vt semper-viridem merere possit.
RITTERVM putà, visitare nostrum
Stat sententia, JANE. visne mecum?

JOHAN. HEERMANNI

EPIGRAMMATUM

LIBER IV.

AD LECTOREM.

NOn Epulas; tenues Lector tibi candide Micas,
De mensâ Aonidum quæ cecidêre, fero
Inflammare famem volo, non sedare. Quàsillum
Porrigo. qui bonus & pronus amicus, edat.
Pandolus, Invidiæ conjux, vescatur Asellis.
Vult fatuos fatuus venter habere cibos.

AD JOHAN-SIGISMUNDUM, Marchionem Brandeburgens.

FOrtè suas pharetrata vocat Diana Napæas:
Cornipedes Satyros non minus illa vocat.
His nemorum saltûs passim irrequieta perrat:
Et struit indomitis retia torta feris.

T

T[...]d ubi princeps venientem conspicit illuc;
alloquitur socios Delia virgo suos:
Cite, nunc satis est, inquit: revocate Molossos.
Certius hic Heros bella movebit apris.

In Natalem

[B]ALTHASARIS à SCHRATEN[B]ACH, L. B. in Heggberg & Osterwitz, Dapiferi Styriæ Hereditar.

CUr hodiè mi Phœbe lates sub nube; rogabam:
Nec radios, ut heri, lætus ab axe vibras?
[N]atalem celebrat jam SCHRATENBACHIUS Heros,
Phœbus ait, patriæ Sol clypeusq́; suæ.
Si prodire velim, Sol hic mea lumina vincet
Luce suâ. malo nube latere meâ.
Quis fuit, aut quis erit par his splendoribus? ipsos
Qui cogunt nitidos cedere Solis equos,

WENCESLAO à ROTKIRCH Johanni-Wolfgango, & Adamo Gallo à Kreckwitz, & Balthasari à Rechenberg. Equit. Sil.

COnspersi lacrumis ZEIDLERI funera nuper
Quum Brega publicitùs traderet ossa Solo.
Has ego nunc vobis, Juvenes inscribo: Minerva
Quos sacra, quos virtus laude per astra vehit.
Vos precor, hunc tenuem nutrite favore cupressum.
Interdum parvis gratia magna subest.

AD THEODORICUM à BARUTH, in Neudorff, Equiti Sil.

QVùm Themidi faceres & Svadæ Sacra, BARVTHE
Obstupuit genium Svada Themisq́; tuum
Hi

E: cultor meus est, inquit Themis. est meus, inquit
Suada, iterum, meus est, hæc ait, illa negat.
… tua, Phœbus ait, Themis; & tua gloria, Pitho.
Strenuus hic faciet cultor utriq; satis.
…eutra mori poterit; sed si queat utraq; prodit
Illius è cerebro Suada Themisq; nova.
…udiat hæc Livor: sua rumpat & Ilia Momus.
Non ego, qui dixi talia; Phœbus erat.

…ACOBO SCHICKFUSIO, J. U. D. Lygio-Breg. Consil. Ducalis Consistorii Adsessori.

VEra tibi dixit, SCHICKFUSI, qui tibi dixit:
Livoris rabido me quoq; dente premi.
Hic quid agam quæris? fatuos ego rideo tales:
Utq; suo pergant more vel ore, precor.

Dante DEO, nihil invidiæ nocet effera plebei.
Qui livore caret, fortis amore caret.

JOACHIMO GOBIO. J. U. D. Reipubl. Glogoviens. Syndico.

ME vocat è patriâ nutu Fortuna benigno:
Et jubet ad Rheni scribere carmen aquas.
Sed non absq; tuo migrabo favore, Dynasta
GOBI justitiæ, Glogoviaq; decus.
Quem canit Astrææ tubicen, sistrumq; Minervæ:
Quem colit & Charitum Pieridumq; chorus.
Quô verò ductore tuum nanciscor amorem?
Sæpè mihi tenui carmine partus amor.
Si mea Musa tuo redeat donata favore:
Non meus; omnis ero, dum mihi vita, tuus.

Miser,

Miser, miserior, misertimus.

QVis miser est? quòd edat, qui quærit & invenit ægrè.
Plùs, qui ægrè quærit, nec reperit, miser est.
Creditur inter eos tamen esse miserrimus ille:
Qui cupit esse aliquid, quùm nihil est, quod edat.

Ad Amicum.

PArva rogas Dominum. nihil accipis: omne negatur.
Quæ petis, ut capias; munera nulla roges.

Mutuum auxilium.

NEmo sibi satis est. uni DEUS omnia non dat.
Scilicet alterius quærat ut alter opem.
Et fraternus amor per mutua munera crescat:
Publica nec pereat pax & amanda quies.

AD GEORGIUM REMUM, Patritium August. J. C. Consiliar. Noricum.

COr triplex habuit, qui primùm Heliconide Lauru
Cinctus, Romulidum scripserat arma Ducum.
Cur hæc Rumor? erat triplici sermone politus:
Nempè Latine tuo, Græce tuo, Osce tuo.
O decus Europæ, Parnassi gloria REME;
Cognita quàm linguæ multa loquela tuæ!
Ipsa tuis habitat Ciceronis Svada Labellis.
Si Græcè loqueris, par tibi nullus erit.
Non Italus tecum certat, non certat Iberus.
Gallia te civem cogitat esse suum.
Est Germana tibi vernacula lingva.. quot ergò,
Dedit precor, Japetus quot Tibi corda dedit?

Disti-

Distichon annum tramissæ Laureæ continens.

Is qVater oCtober sVrgebat In aXe poLarI:
LaVrV Vt pVbLICItVs teMpora CInCtVs oVo.

AD AMPLISSIMUM REIPUBL. Bregéæ Senatum.

CVm redimita forent viridi mea tempora Lauró,
CVNRADI manibus, CÆSARIS arbitrio.
Gratia vestra dedit generosa Falerna Poëtis:
Ingenio celebres consilioq; Viri.
Munus ut obtenebret nunquam caliginis umbra:
Vivida Laurigerûm charta loquetur anus.
Farciat insulsus stomachum sibi lacte feroso:
Sorbillet gelidas stridulus anser aquas.
Labra poëtarum vetuli decet amphora vini.
Quo melior liquor est, hôc meliora canunt.
Vos intelligitis, quô sint in honore Poëtæ.
Non hunc, credo, Salē quisq; Senatus habet.

J. LAN-

J. LANGIO. P. C.

NYmpha, calix pietas, & suavis Musica cura
Ut mihi sit, LANGI: me tua dextra monet.
Fac eadem, manui si mens contraria non est.
Quæ me non perdant, nec tibi damna ferent.

JRO HILARIO.

EXtremè miser es: semper tamen, Jre, jocaris.
Qur? fieri pejor Sors tua dura nequit.

HENRICI à DYHRN, Eq. Sil.

Tumulus.

QVis fuerim, quæris. Dyhræo sanguine natus
HENRICUS. cineres hoc posuére meos.
JHENAM adii, Themidos Phæbiq; illectus amore.
Fata sed hic peregrè me voluere mori.

..fiæ damnum, mors obtulit: at mihi lucrum.
Astrum illi rapuit: contulit astra mihi.
..n careo patriâ, quia sum novus incola cæli.
Tellus exilium; Patria vera Polus.
..c sine patre meo, nec sum sine matre. JEHOVA
Patre fruor vivus: matre sepultus Humo.
..HRISTVS frater, amor meus est Spirabilis aura:
Se lateri sociant Agmina sancta meo.
..c præstolabor reliquos. nimis ille beatus.
Has vita tumidas qui citò tranat aquas.

..NDREÆ FREUDENHAMMERO, Falckenbergæ Superintend.

NVlla tuo generi quòd res videatur abesse:
Quam genus ingenuum poscat adesse, liquet.
..es tamen una deest Phœbo censore: Poëta.
Cui tua si nubat filia; nulla deest.

M.MAR-

M. MARCO FLORO, JC. Eloqv. in Acad. Argentin. P.

NUper ut Argyropen desertâ Slefide veni.
Quæsivi faciem floride FLORE, tuam.
Frustrà. te reperire domi mihi Fata negabant.
Quâ veni, peregrè luce profectus eras.
Fidis intereà manibus suscepta maritæ est
Littera, ab Illustri quæ veniebat Hero.
Nil dubito, rectè quin sit tibi tradita. fidum
Nil celare solet fida marita virum.

Eidem.

EXternis jam vivo locis, os FLORE disertum:
A quo prisca queat discere Roma loqui.
Verbere sangvineo si me Fortuna flagellet,
Quis mihi succurrat? tu pater esto meus.
Obsequiosus ero. de me tibi nemo queretur.
Vivam, ut me stomachi dixeris esse tui.

patrias si quando redux pervenero terras:
Immemor officii non ero, donec ero.

D JOHAN. SPIELMANUM, JC. Argentinæ Pract.

Ludere qui nescis fidibus, nec ludere nummis:
Quâ tua defendas nomina lege, refer.
Quando maritus ero, sociâ cum conjuge ludam
Respondes. veniet (ludite) suave Lucrum.

AD REMIGIVM BONWINVM, Gal.

Quod bona vina tibi dederint cognomina, miror.
Cur? quia jam tecum pessima vina bibo.
Et tamen hæc inter tua pessima vina poëtor.
Displicet hoc carmen? non mea; caussa tui est.

M. JA-

M. JACOBO MALLEOLO, in Acad. Argentin. Mathemat. P.

OMnia quæ cœlo sunt, nosti sidera vivus.
Noveris an rectè, post tua fata vide.

GEORGIO OBRECHTO JC. nobil. & Antecess. in Acad. Argent. celeberr.

TAntus es ellogio, Vir consultissime, juris:
Vt te mirari debeat ipsa Themis.
Ingenii hoc divina tui monumenta loquuntur:
Quæ nocturna manus, quæq; diurna terit.
Consilio reliquos, & Svadæ munere vincis:
Sive sub antiquo tempore, sive tuo.
Inter juridicos si quisquam fortè. Quirites
Esse. Themis poterit, tu potes, esse Themis.

In Obitum
JOSEPHI SCALIGERI.

SCaliger ingenio ſcandit ſuper omnia Mundi
Ardua, quâ ſcalâ? Pallados & Sophiæ.
Scandere quò poſſet, dum nil erat ampliùs Orbi:
Spiritus ætherias ſcandit ad uſq; plagas.

* * * *

SCALIGER Aonidum ſcalâ & Virtutis, in Orbe
Omnia tranſcendit culmina laude ſuâ.
Deniq; dum mundi ſatur eſt, hæc Scala fit ala:
Quâ volat in cæli mens generoſa domum.
Scaliger arte fuit, factus nunc Aliger. inter
Aligeros plaudit, gaudet & ante DEVM.

Noſtrum Politevma in Cœlis.

JACOBI BORNICII J.U.D. Reipubl. Svidnicenſ. Syndici Symbolum.

MVlti præclaro Patriæ de nomine gaudent.
In patriâ patriam quærere nolo meam.
Civem me faciunt & in Orbe & in Vrbe Penates:
Me procul Vrbe tamen, me procul Orbe puto.
Hîc hoſpes peregrinus ago. mea manſio ſurſum eſt.
In cœlo patriam, qui benè credit, habet,

M. NICOL. FERBERO, Græcæ L. in Acad. Argentinenſ. P.

GRæcus es inſignis. me dicunt eſſe Poëtam.
Pangere num fidei fœdus uterq; poteſt?
Græca fides nihil eſt: nihil eſſe Poëtica fertur.
Inter nos igitur, dic mihi, qualis amor?

Ger-

[Ger]mani sumus. at Germanos candor honestat.
Si placet, hac coëant pectora nostra fide.

In Natalem

[L]EONHARDI à COTWITZ in Köben Hereditarii

LEONHARDE magna proles
Virtutis & Minervæ
Idemq; magni Fautor,
Vexilla qui sequuntur
Virtutis & Minervæ.
Anacreon pusillus
Te maximum Patronum
Pro more & ex amore,
Tali salutat ore.
Salve Patrone salve,
Reducemq; vive lucem
Amæniore cultu,
Sine tristiore vultu:
Quâ primitùs sub auras

Te

Te prodiisse fama
Lætante narrat ore.
Ego tibi perennis
Clientulus pusillis
Anacreonticellis
Precabor à JEHOVA
Prosperrimam salutem.
Nam cur ego recusem
Tibi à DEO precari
Prosperrimam salutem?
Quem jussit ille nostræ
DEVS salutis autor
Nasci in meam salutem.
Vive ô Patrone vive
Ad Nestoris senectam:
Vel Nestoris senectam
Transcende sorte faustâ.
Hæc & beatiora
Quæ quis potest precari,
Et nobili Toparchæ,
Et optimo Patrono:
Medullitùs precabor
Tibi nobili Toparchæ,
Et optimo Patrono:
Virtutis & Minervæ
LEONHARDE magna proles.

Cede

Cede, non Cæde.

CEde aliis, non cæde alios, qui sincere gaudes.
Cedendo est major gloria; cæde minor.

PETRO STORCKIO, Consulari Argentinensi.

TVné meos etiam, Vir prudentissime versus
Inter delicias vis numerare tuas?
Hoc facit & MEIERVS, amor tuus atque Themistos.
Iam mihi, quæ quondam displicuére, placent.

M. JOHANNI PAVLO CRUSIO.

QVod fore prædixi, factum est. jam langveo CRVSI.
Ad te non redeo. cur? quia non sitio.

Si verò ut redeam, noſtrum prætendis am-
rem:
Manè adero: ut nequeas dicere; JAN
bibe!

In Scitum

CASPARIS BAUMANN
Raut. Sil. Eccleſiaſt. Simpſe-
natis: quod eſt;

Chriſti Baculus Ruenti So-
lamen.

V*Ita quid hæc? iter eſt, Varius quod*
bricat error.
Quis poterit lapsûs enumerare ſuos?
Chriſte tuus Baculus, Verbum cœleſte, ru-
tem
Erigit, atq; pedes fulcit, ut ire queam
Per mundi ſalebras, & ſaxa per aſpera,
aſtra.
Hôc ſine qui Baculo vadit, in Orbe
dit.

In Parculum.

Si quos fortè ſales miſcet mea Muſa jocoſq́;:
Siquid ridiculum pagina noſtra ſonat.
Autùm clamas: laſciva poëmata ſunt hæc,
commata ſunt, nugæ, nequitiæq́; leves.
Parcule, quid ſit ager, noſti; quid poſſit aratrum.
Hîc ego cedo tibi: carmine cede mihi.
Judicium non fer, niſi ſit res cognita. ~~neſcis~~
~~Cæcus, quô mea ſit tincta colore Toga.~~

Clepſydra nos adloquitur.

~~Es memor extremæ, quoties elabitur hora.~~
~~Ultima ſi bona ſit, ſat bona quæq́; fuit.~~

DE ERNESTO-FRIDERICO, & WILHELMO á Rhediger, Fratr. Germanis: Argentoratum ſalutantibus.

ARGYROPEN veniunt patriæ duo sidera terræ:
Quæ poterunt olim Solis habere jubar.

Ad Philippum Plappardum.

NEscio, quod vitium videas in carmine nostro.
Hoc scio, quot lateant crimina cordi tuo.

AD PANDOLVM.

SVb cruce me rides? fortuna volubilis errat.
Quæ mea nunc sors est, cras hodieve tu est.

MARTINO HENDSCHELIO P.L.

ERrantes Dousa & Schedii tibi red[...] Camœnas,
HENDSCHELI. legi. scripta utriu[...] placent.
Adspice ZVBERI, tibi quas communic[...] Musas.
Cui velit hic versu cedere, rarus erit.

Vi[...]

Vitæ ingreſſus & egreſſus.

Itroitus vitæ par eſt, non exitus idem.
Vnicus ille; ſed hi mille. caveto tibi.

FLAMINIO GASTONI, Medico.

Non ſecus ac Lynceus, poteram juvenilibus annis
Perluſtrare oculis nubila celſa meis.
Nunc autem non ſic. imitari, GASTO, Myopas
Impete me cogunt rheumata crebra ſuo.
Amiſſos oculos tua ſi Collyria reddant:
Nominis ipſe tui præco perennis ero.
~~ne demum agnoſcunt homines ſua commoda, quando~~
~~Illa tumulticrepâ perdita Sorte gemunt.~~

M. MATTHIÆ PERNEGGERO Argentinæ Præcept. Claſs.

PERNEGGERE manum petis. atqui me tibi totum
Tradidi. ubi totum est, pars ibi nulla deest.

AD AMICUM BIBULUM.

PRo Domini quid tanta jubes potare salute
Pocula? nolo. aliam non jubo; perdo meam.
Si qua mihi vel in hâc, aliâ vel in urbe, reperta
Stulticia: hæc fons est stulticiæq; caput.
Et tamen excolitur, quasi sit sapientia quædam.
Eheu! quàm bibuli sunt tibi, Munde, viri!

M. JOH. JACOBO CRUSIO, Argent.

OPtatè cecidit, quã jeci, tessera CRUSI
Ecce tui certus jam mihi fratris amor.
Juncta manus manui, cor cordi fœdere junctum.
Jura sodalitii sunt stabilita fide.

Hum

Hæc cras conVenio duodenam circiter horam,
Si Valeo. alloquium qui potes, adde tuum.
Ut amore tui. tenuem neu ſperne ſodalem!
Cedo tibi ingenio, non tibi cedo fide.

AD MARCUM FLORUM. JC.
Eloquent. in felici Argentinâ P.

QVi ROTKIRCHLADEN *cœnâ dignaris ad horam,*
Ni fallor quintam: me quoq; FLORE, Vocas.
Quô minus accedam, prohibet Medicinæ minaci
Intuitu. quid agam? DiVa ſeVera nimis.
Supplicium metuo, neq; te Volo lædere. ſic me
Fluctus ambigui parte ab utrâq; rotant.
Sed Veniam: & Dictator ero, mihi quando bibendum.
Sic neq; te; medicam ſic neq; lædo Deam.

Vitrea amicitia.

Vitrea amicitia est, ubi copula poci-
vini.
Quàm citò factus hic est, tam citò fracti-
amor.

MATTH. ZUBERO, P.L.

Visa fuit dulcis Musarum gloria labi,
Sed tantum labi visa ZUBER-
fuit.
Non hoc tu Bavaræ lumen fers nobile Gen-
tis.
Non fers docta putri scripta jacere situ.
Te duce progemmat nobis Romana poësis:
Redditur & sibimet pristinus ille nitor.
Non absurda novas, castoq; incognita Crass-
Tu purè gaudes perspicueq; loqui.
Cujus si spectem nervos in carmine; cujus
Si joca; mirifice gratus, utrimq; vir es.
Clara tuos oculos aperi Germania mentis
Perspice & hoc, quoniam perspicis omne
decus.

acri-valdè constat ZUBERUS aceto:
Atq; sine invidiâ, quæ tenet, ista docet.
e aliis, & vive meis ZUBERE Camœnis:
Qui plures Musis vivere cerno tuis.

D JOAN. OWENIUM, Cambro-Britannum Oxoniensem, Poëtam CL.

Nobilis OVVENI, divina poëmata fingis.
Mira tibi brevitas: nulla tibi levitas.
t veneres non sunt Veneri, quot sunt tibi. vati
Bilbilico nisi te præfero, dico parem.
ctior haut fuerat te; sed tu castior illo es.
Quam tibi do, laudem donat uterq; polus.

AD SENEM.

Curâsti juvenis benè vivere posse pieq;.
Sed bene posse mori, nunc meditare Senex.

AD NICOL. VAGIUM.

QVos tibi Musarum & Virtutis copula jungit,
Docte VAGI: jungit copula firma tibi.
Rejice, quos Cereris, quos lacruma conjugat uvæ.
Non te, sed calices & tua vina volunt.
Ad cyathum faciles multi inveniuntur amici:
Quos facit immemores vel levis Umbra Mali.

De Cynico & Antigono Rege.

ANtigonum Cynicus querulo rogat ore talentum.
Plura petis, tibi, quàm convenit, ille refert.
Ergò mihi detur Denarius, inquit. at ille;
Hoc minus est: regem regia dona decent.
Turpe cavillum hoc est, ô Rex ditissime caussam,
Sed dare cum nolit semper avarus habet.

GEOR-

GEORGIO ROSÆMON-
TANO, Sil.

EX nihilo fiere nihil: hæc an opinio vera?
Vera tibi sit ut est: falsa sed ista mihi est.
E nihilo mea mens sculpsit sibi namq́; puellam:
Dicta animo & calamo quæ Charibella meo.
Hæc, inquis, nihil est? erras. hæc vivit in ore
Doctorum; Pindi culmine; corde meo.
Dum mihi cor superest; dum stabunt culmina Pindi;
Donec erunt docti; non erit illa nihil.

AUTOR DE SE IPSO.

QVaritur Heermannus quare sit factus homullus.
In promptu caussa est. parvus uterq́; parens.

BURCHARDO à FRESEN,
Equiti Saxon.

INter nobilium celebres BURCHARDE Dynastas,
Et tua nobilitas nobile nomen habet.
Quam Musis decoras, & quam virtutibus auges:
Clarior ut niteat, clara sit antè licet.
Hoc ardore sacram porrò venerare Minervam:
Saxoniæ poteris tu decus esse tuæ.

AD QVIRINUM FRONTONEM.

FRONTO, tibi genitor patrimonia lauta reliquit:
Quæ tibi, dum vivis, non alimenta negent.
Utere prudenter. cyathos, madidosq́; sodales,
Carnis & illecebras, ocia pigra, fuge.
Sæpè potest anni, Bona tot consumere, quadrans:
Quæ reparare tibi vix duo lustra queant.
Nil habuisse, & habere aliquid veniente senectâ,
Dulce est. in Senio pane carere, grave est.

[S]EBASTIANO LANGIO, Palatino.

QVantum homines homines deamant,
ſuaviſſime LANGI:
Immò homines homines quantum adamare queunt:
Tantum te deamo. nec ſaltim more vel ore:
Sed quæ vox loquitur, cor jubet iſta loqui.
Nec miror, cur hoc? ſic me quoq; diligis ipſe:
Ut ſe nemo unquam poſſit amare magis.
Diſcat poſteritas, ſi vult & amare, & amari.
Symbolon hoc noſtrum eſt; ut redameris, ama.

NICOL. DEIBACHIO, Thüring. Cantori Lubenati.

PAx volat ad Superos, quia Marſpiter induit arma.
Ex aliis quæro, quid ſibi bella velint?

Pax revocanda, ajunt. qui pax revocabitur armis?
Cùm fugit armatos, cùm fera bella fugit?
Quò magis induimur clypeo ferroq; minaci:
Hòc magis à nostro pax volat alma Solo.
Exsuat arma Cohors: frontemq; coronet olivâ.
Protinus huc niveo pax revolabit equo.
Sed quia vix licet hoc nobis sperare, precemur:
Adventu Christus tollat ut arma suo.

AD SALOMONEM CANDIDUM.

CVr vivas cælebs, nequeo mihi fingere caussam.
Quære tibi sociam Candide: rumpe moram.
Fœmina seu bona sit, mala seu sit fœmina; casti
Non bellè renuis vincula bella thori.
Si bona; tu malus es, bona qui non poscis & ambis,
Sin mala; tu tener es, qui mala ferre nequis.

Eugè

ugè ſubi thalamum, quondam differre nocebit.
Virginis in gremio, res odioſa Senex.

Mente Habeo Mea.

MARTINI HAUSCHILDII, Diaconi Hernſtad.

Symbolum.

DIvitias quid avare tuas, quaſi numina jactas?
Talia naturæ ſtercora curo nihil.
Sors variabilis eſt, aufert tibi ſæpè, quod offert.
Quas hodie tu, cras poſſidet alter opes.
Mente meâ gero, quæ, Mea ſunt Bona, more Biantis.
Hæc Bona nemo, mihi, ſi rapit omne, rapit.
Immò Biante ipſo quoq; ſum locupletior ipſe.
Mente gero Muſas: ſed fero corde DEUM.

AD JOACH. CLUTENIUM, Megapolitanum, JC. & Hiſtor.

Clarum

CLarum te variis scriptis observo CLUTENI:
Eximiumq; tuâ te probitate colo.
Moribus & scriptis, quibus immortalis es, omnes
Tu tibi mortales conciliare soles.
Qui probus & clarus volet esse; utrumq; CLUTENI,
Hauriat ê scriptis, ê probitate tuâ.
Clarus, itemq; probus fiet, si discere possit
Scribere more tuo, vivere more tuo.
Quin ita si vivat, si scribat; ubiq; favorem,
Et vitâ & scriptis, more tuo inveniet.
O nimiùm dilecte DEO, quid suspicer? hora,
Qua tu natus, erat tota sacrata DIIS.

In Philautum.

UT tandem cesses jactare Philaute, Poëtam
Nec natum, nasci nec tibi posse parem:
Credimus. ex nostro quia nemo est ordine tantus
Argus in alterius carmine; talpa suo.

A

D JUSTUM MEIERUM, J.U.D. in Acad. Argent. P.

stus es, & Doctor juris: neq; cedere cuiquam
Te MEIERE Themis, jura nec ipsa sinunt.
d quæ Jura tibi tribuunt hæc jura? poëta
Vt cùm sis lepidus, te tamen esse neges.
lta tua, & dulci madefacta poëmata melle,
Te vatem faciunt Aonisinq; probant.
x ita Bilbilicæ Veneres, vix Musa Catulli,
Vix Schedii; tua quàm Carmina me recreant.
rgò vel injustum, vel te fateare poëtam:
Carmina vel stipulâ rusticiore canas.

AD SIMPLICIUM.

Erta tuæ mittis, viridantia dona, puellæ.
Quam meruit, vittam mitte. puella fuit.

AD

AD PHIL. MARBACHIUM J.U.D. Consistor. Matrimon. inferioris Senatûs Argentinæ Procuratorem.

DUlcia MARBACHI, tibi sunt conn
bia curæ.
Cura igitur, virgo nubat honesta mihi.
Ecquid enim præsens sociâ sine conjuge vit
Viva vel est mors; vel mortua vita viri.

AD PHILOTHECAM.

I Philotheca, tuis oculis circumspice cau
Sint ubi, quos virtus, quos sacra Pal
amat.
Dic; Salvete, hodie stabili qui corde soletis
Vel posthâc Dominum vultis amare
meum:
Vester amor, si verus amor; subscribite n
men.
En chartam! fidei sit manus arrha dat.
Quos amat Heermannus, sine fraude ama
& sine fuco.
Ne faciat, sacra qui rumpere pacta vel

D

cita. Si sua quis subscribat nomina; gra-
tes
Solve, velut par est: & reverenter abi.

AD JOACH. CLUTENIUM, JC.

Mplerunt caput improbi vapores,
Turbaruntq; meos suo tumultu
iritûs, cerebrumq; reddiderunt
orsus indocile hac die, CLUTENI.
e Flora in virides lacessit hortos,
it campos, animi recolligendi
ussa. tu nisi forsan impeditus
fluctu gravium negotiorum,
desdum! exspaciabimur parumper.

DE PANDOLO.

Alterius famam dum rostro mordet
adunco
Pandolus: hinc hominem plurima turba
negat.
d dici cur non homo possit Pandolus? et si
Non benè-dictus homo, sit malè-dictus
homo.

MAR-

MARCO SEYBELINO, Phil. & Med. D. Argentinæ Pract.

ARgentum charum est: gemmas veneramur & aurum
Sed nihil ambobus charius est oculis.
Quos mihi dum tenebrant nebuloso rheumata fluxu:
Qualiter adfectum cor mihi, MARCE putas?
Ejiciant tenebras tua si medicamina: claros
Restituatq́ oculos si Panacéa mihi:
Quamvis sint oculi chari, tamen hos tibi tradam:
Aut ipsis si quid charius est oculis.

AD AMICUM. Nobil.

QVi nos alliciunt cris dulcedine blandi
Quem tibi dant potum? quem mihi quosvé cibos?

No

N[on] est gutta meri data, gutta nec unica Zythi.
[Im]mò nec irriguæ præbitus haustus aquæ.
H[inc] gula nostra dolet, stomachus fremit, arida vox est.
Quis queat in tanto ferre calore sitim?
N[on] redeo. Vexent alios pro more triparco.
Qui semel illusus non sapit, herclè furit.

Occasio facit furem.

[F]Rugi homines etiam data sæpè Occasio flectit.
Suspectum fuge, si vis bonus esse, locum.

[A]D JANVM GRVTERVM JC. Haidelbergæ Profess. Bibliothecar. Electoralem.

QVid nostræ faciant Musæ Charitesque, GRVTERE,
Quem colo plus oculis, quem colo plus animâ:
[E]x me quærit amor tuus. ah abiêre, abiêre.
Nec juvenem profugæ me, velut antè fovent.

Rheu-

Rheumata dum capitis tentant violare vitelas;
Incipiunt trepidæ mox celerare fugam.
Sicne etiam Musæ & Charites despernere alumnos,
Rebus & in dubiis vertere terga solent?
Verùm alii obstupeant; ego non. manifesta liquescit
Caussa. ~~*Animum stabilem nulla puella gerit.*~~

AD DANIEL. VENETUM, JC. UratisL.

TE quod amo stabilis, nihil est hoc VENETE mirum:
Henelius splendor te quia Juris amat.
Qui quemcunq; amat, hunc amo: quem colit, hunc colo. nostro
Observat similes ille in amore vices.
Hoc potius miror: nisi tu sincerus amator
Henelii, pariter me redamare velis.
Quisquis enim Henelium vel habet, vel amabilis ambit:
Me sine non ambit, non habet Henelium.

Hunc

Hinc igitur si tu vel habes, vel amabis amicum:
Sicut habere soles, sicut amare voles:
Ni nequis ex illâ fidei removere catenâ.
Fallor? an ingenuo pectore dicis; Amo.

AD NICOL. REVSNERVM, JC.

CÆsares & Reges describis Apolline plenus:
Et canis auspicio Palladis acta Ducum.
Me juvat & Veneres, teneros & ludere amores;
Et, mihi quæ figit bassia mille, Charin.
Quis majora canit? Reges sunt numina mundi:
Sed Reges regit, & quem cano, vincit Amor.

AD PANDOLVM.

EXcipit hospitio nemo te fronte serenâ.
Dicam, dum caussam quæris; abire nequis.
Quæ tibi sunt, eadem non omnibus otia dantur.
Nil agis: aut si quid, Pandole, forsan agas;

Ludis,

Ludis, edis, bibis, aut rides, aut Pando
dormis.
Nulla tibi Phœbi cura, nec ullus amor.
Quæ veniant aliis tractanda negotia, n
scis.
Pandole gratus eris; si potes ire domum

MATTHÆO ZVBERO. P.L.

Qvum tua lecta mihi fuerant epigram-
mata primùm:
Tota tua incepit vena placere mihi.
Perspicuè loqueris: comprendis plurim
paucis:
Lenè fluit quicquid scribis, habetq; Sa
lem.
Dura fuit quondàm, fateor, mea Musa. se
odit
Jam, qui per salebras, altaq; saxa ruun
Hoc ex te didicit. tibi laus datur ista. l
bellis
Nunc erit in nostris, quod celebrare veli
Provenit hinc utriq; decus, ZVBER
poëta.
Discere velle, mihi: posse docere, Tibi.

M. AM

..AMBROSIO SPECCERO, Ecclesiast. Argentinensi.

Piritui SPECCERE *tuo quis Spiritus adstat?*
Unde tui eloquii tam bona mella fluunt?
..ntum me certè tua nupera concio movit
Funebris, in viridi commemorata loco:
.. quoties memini, quoties tua dicta recordor,
Nil metuam mortis spicula, quando volant.
..x ea non hominis retulit suavissima vocem:
Sed fuit angelicum visa referre sonum.
..n tu; sed per te loquitur Spirabile numen.
Hinc sunt eloquii tam bona mella tui.

..D BALTHASARUM. L. B. à Schrattenbach in Heggberg & Ostervvitz &c.

Æger es, ô Baro generose. pericula morbu
Seminat. in dubiâ speq; metuq; ja-
ces.
Dia Salus revocet fugitiva dona salu-
tis:
Ne pereat populi spes clypeata tui.
Absq; medelâ equidem te salvum redde-
posset,
Cujus in arbitrio vitaq; morsq;, DEV.
Sed quoniam medicina DEI prænobile d-
num est:
Arte suâ Medicus fac tibi damna l-
vet.
RIXINGERVS adest, propè glor-
summa Medentûm;
Qui sese Hippocrati perficit arte paren-
Ille Machaonius miscebit pharmaca s-
cis:
Pharmaca, quæ Phœbus non melic-
coquit.
Vtere præclaro medico! tibi. proderit ille:
Ille, salutis erit causa, juvante Deo.

M. JOH. PAULO CRUSI-
amicorum Coryphæo.

NE graviter tua verba feram monitúsque, quid oras?
Quid per amicitiam, per Fidiumq; rogas?
Per amicitiam Fidiumq; obtestor & oro:
Talia ne posthâc me tua verba rogent.
At tua, si posthâc me talia, vota rogârint:
Quæram ex te, quando sit tua fracta fides?
Nominis ignorat vim, qui formidat amicum.
Candida nî maneant pectora, nulla probo.

MATTHIÆ PERNEGGERO Argentinæ Præceptori Classico.

SCALIGERI *Ausonium tibi,* PERNEGGERE, *remitto.*
Nec tantum Ausonium mitto; sed addo lucrum;
Quatuor hos versûs: quos accipe fronte serenâ.
Talia dant vates munera, tale lucrum.

AD CHARIBELLAM.

DA mihi basiolum bellis Charibella l.
bellis:
Non mihi basiolum, mella Labella d.
bunt.
Immò dabunt etiam, quæ mella vel optim
vincunt,
Nectar & ambrosiam, fercula gra
Jovi.
Nam sedet ore tuo mel, nectar & ambros.
immò
Tota mel es, tota es nectar & amb.
sia.

MELCHIORI AGRICOLÆ, Philologo & Poetæ L. Cæs.

AGRICOLA è critico non ultima
ma Senatu:
Dic sodes, venam quæ riget unda
am?
Ut tam suavè fluat; numerosi sive pe
rat
Flacci, grandiloqui sive Maronis
mum?

…e non sola facit Cyrrhaa, nec unicus amnis.
Et mea, Cyrrhaa flumina, Musa sapit:
…d qua differitas est inter utrumq; ? minuta
Stella ego, tu Sol es: nox ego, tuq; dies,
…t aliud quiddam, quod te fœcundat: & hoc non
Ex trivio est: apices laudis & artis habet.
…s dicam, quid sit? cum Phœbo barbiton æquum,
Sceptraq; cum Musis una eademq; geris.

Ad Tumultuosum.

HIc est Musarum locus. est sacer ergo quieti.
Quære locos alios, qui strepis anté fores.

AD PETRUM STORCKIUM. Reipubl. Argent. Consulem.

VErnat adhuc, mi PETRE, *meo tuus Hortus in horto,*
Cura BLYENBURGI *sedula quem coluit.*

Adficiunt cerebrum dulci spiramine flor
Hinc legit ingenii cellula nostra f
vos.
Quando tui repetet Musæi limina, qu
ris ?
Protinus ille domi, quando jubebis
erit.
Invito Domino servare diutius Hortum
Me nec Apollo jubet, me neq; jura
nunt.

In Natalem

ADAMI WAGEN, à WA-
GENBERG: ADAMI VENI-
TI: STYRI: & ADAMI
BIELSKII,
Silesii.

SEmper-amicorum lepidissima triga n
orum:
Triga tribus Charisin chara, dic
Deo.

J.

ſtra redorditur curſum genitabilis hora.
Quid moneat, liceat dicere, quando libet.
Menſam epulis primus; cyathos vino impleat alter:
Adjungat cytharam tertius, & Veneres.
Plura rogare, nefas: ſatis hæc ad gaudia, mentem
Exhilarant epulæ, muſica, vina, Venus.

M. PAULO WERNERO Baſileæ P.

NE valeam, ſi non VVERNERE polite recordor
Semper epiſtolis pollicitiq; mei.
Quo ſociare manum manui, quo mutua tecum
Colloquia ex animi mente mihi voveo.
Non legeres iſtas hodiè, mi Paule, tabellas:
Fortuna optatis ſi foret æqua meis.

Conductam volui jamjam conscendere rhedam
Cum Sociis. Verùm Panda retrax equos.
Ohè quò properas, inquit? furit undiq; bellum:
Semita crudêli nulla latrone vacat:
Ne tu animam Marti, immò morti crede. Ad istas
Voces attoniti diximus; aufer equos
Flagrifer automedon: perit in discrimine quisquis
Hoc amat: Argyropæ mœnia tuta placent.
Si pax nos iterum niveis circumvolet ali
Promissi memorem me fore, crede, mei

AD FIDUM.

Hospita tecta mihi concedas, te rogo FIDE.
Vicini monstras hospita tecta tui.
Intellecta meæ tibi non sententia mentis
Hospitium rogo te: non volo consilium

JOANNIS BENCKII, Sil.

Quòd tibi sincero fuerim constrictus amore,
BENCKI: sit fidei cautio, nostra manus.
Omnia mutentur, tempus velut omnia mutat:
Mutabunt solidam tempora nulla fidem.

ADAMO VENETO, Styr. JC.

Nulla quod evacuo spumantia pocula vino:
Me procul à Vatum cedere more putas?
Immò quod ingluviem fugio, illecebramq; bibendi:
Hoc propius Musas Laurigerosq; sequor.
Phœbus dux vatum, fluvios Aganippidis haurit.
At satiem atq; ravim cur ego vina bibã?

AD PANDOLUM.

TE mihi miſſurum tua carmina, Pa-
dole, juras.
Mitte mihi. Vendit Hoſpita noſt
piper.

GULIELMO à RHEDIGER,
Eq Sil. in Philothecam.

NObile delicium Phœbi es, Charito.
voluptas.
Et quidnî mea, quidnî GULIELM
meum?
Quisquis amat Phœbum; quisquis Char
ambit amatq;
Hic neſcit Phœbum, neſcit amare Ch
rin:
Nî ſimul & rivos in te derivet amorum
Cujus in ingenio Phœbus, in ore Ch
ris.
Sive velim, ſeu nolim igitur, te cogor am
re.
At quis tam lepidum nolit amare c
put?

A

Ad Amicum, de primâ syllabâ Vocabuli Macer: quam produxerat.

SI mácer tibi; si macer est mihi taurus: utrumq;
Mácerat hoc, taurus quod sit utriq; macer.
Sed sit utriq; licet macer; hoc tamen inquis: quòd sit,
Qui tuus est, pejor: qui meus est, melior.

M. HENRICO HIRTZWIgio, Haynensi Wetterano: Techno phyi Francofurt: ad Mœnum R.

POsse Ducem fieri me scribis in Aöne Vatum?
Hei quàm censuræ libera virga tuæ!
An Phaetontis agat patrios insertia currus,
HIRTZVVIGI? *ad Superos, cerea pennæ volet?*
Non licet, aut libet hoc. nocuus me territat ausus,
Qui quondam Icariis nomina fecit aquis.

Malo Ducem cum laude sequi; vexil
cohortum
Quam cum ignominiâ ducere, cum
probo.

AD AMICUM.

ME vocat, ut videam sua prædia, nost
Amyntas.
Non venio. irarum fluctibus ergò tu
met.
Cur stomachatur homo? non est mea cu
pa pedester
Non possum ire. adero, si mihi mitt
equos:

AD PETRUM PORTIUM Theol. Argentinens.

OCeanus mundus; scopulus damnos
voluptas;
Scylla Acheron; fluctus Sors mala; turb
Satan,
Prædo Schismaticus; Secta est piratica pop
pis.
Cujus ope ad Portum nostra phaselu
eat?

Est portus cœlum; Zephyrus Spirabile Numen;
Verbum tonsa; preces carbasa; cymba Fides.
Portitor es PORTI. *nos per mundi æquora portas*
In portum, Elysiæ sunt ubi regna plagæ.
Et prohibes, ne nos malè portitor ille Acherontis
Portet ad infernas lintre natante canes.
Portitor es fidus. quæ dat portoria mundus?
Nulla. sed à Christo quid datur? aula Poli.

CHRISTIANO MARTINO, Varisco.

Paucos versiculos ineptiasq́;
CHRISTIANE *polite, publicabo.*
Ne quas phalmata, negligente curâ
Aut pernice manu typographorum,
Irrepant tenui meo libello,
Sit quæso tua cura curiosa.

Nævos tollere, quos typi relinquunt,
Autori nimiùm molesta res est.

De Venere & Pallade.

CYpris inermis erat Dea; Pallas staba
in armis.
Bellatrix ego sum maxima, Pallas ait
Quid tu nuda Venus? tu deliciosa virâg
es:
Sunt Ceres & Bacchus gaudia summ
tibi.
Respondet Venus, immò te sum fortior
illos,
Quos armata nequis; vincere nud
queo.

AD GEORG. MARTINVM Phil.& Med. D. Wolaviæ Phys. Ord.

SVaviolo decies repetito Ænigmata læta
Except, sobolem culte Poëta tuam.
O jucunda meo stomacho meletemata! dixi
Hîc Charin, hîc lepidos vendit Apoll
sales.

Cæsareana manet te Laurea. præmia dif-
fert
Pallas, non aufert. deniq; prona dabit.
Immò vel absq; sacrâ lauru MARTINE
poeta es.
Nulla facit Vatem Laurea; Musa facit.

M. MARCO FLORO. JC. & Oratori Argentin.

ME *licet usq; roges, in nostris* FLORE
libellis,
Quis sit Tollmannus: dicere nolo tamen.
Non est, & tamen est, qui nomine dicitur
esse.
Marcolphi Sobolem dico, ubi dico tibi.

In D. Hieronymi Opus:

A JOAN. FABRO, S. THE-ol. Licentiato, & Profess. Argen-tinens. ibidem Bibliothecæ donatum.

Scri-

SCripserat insignis quod quondam Hieronymus autor,
Dextra FABRI *his opibus Pallados addit Opus.*
Frugiferum donum est. qui vis, hóc utere. verùm
Cautus, ut hic usus non sit abusus, age.
Libro ne noceas. hæc non sunt verba precatûs,
Sed Legis. legem rumpere, res gravis est.

In Opera Augustini, ab Eodem Eid. donata.

NOmen ut augustum AUGUSTINO *floret in Orbe:*
Sic erat augustum non minùs ingeniū.
Hæreticis inimicus erat, ceu Scripta loquuntur:
Quæ sunt Ambrosiâ & nectare plena sacro.
Cóntudit errores. Verbi, quod pœnè sepultum
Tunc erat, accendit restituitq; facem.

Omnia

mnia cur scribam, celebris quæ scripserit autor?
Hæc tibi si placeant Scripta venusta, veni:
rmissu licito cape, perlege, transfer in usum,
Absq; dolo & damno reddere lecta decet.
Hoc FABRI *jubet & vult imperiosa voluntas.*
Tu Donatoris spernere jussa cave.
Qui nihili mandata facit, non munere certè
Augusto; angusto carcere digna patrat.

In Aulum.

NE videare rudis, tu corrigis omnia, cur non
Hoc potiùs mores corrigis Aule tuos?
Sutor es, & crepidas ultrà sapis Aule. sed esto!
Judicium patitur sæpe Minerva suü.

AD QUASI-PATRONUM

PArcus es: & quasi sis mihi, vis Patronus haberi.
Officium spondes ore; sed are negas.
Mortuus est aliis, sibi qui non vivit amicus.
Auxilium tibi non fers, mihi quand feres?

MICHAELI BOHUSCHIO Pannon.

QVæ mea conditio? quâ vivam sor requiris?
Vivo (sed est tenuis sors mihi) sorte bonâ.
Nil moror, hospes emat precio quo fortè m dim num.
Sumptibus alterius, divitis instar alor.
Contentus qui sorte suâ est, sub paupe sorte:
Quamvis nil habeat, plurima dives habet.

In Ollum.

*Vm bonus, Ollus ait: nec de me conque-
rit ullus.*
*OLLE, annon de te conqueritur Lati-
um?*

Jo-

Thomas Felix
Ecclesiast:

JOHAN. HEERMANNI

EPIGRAMMATUM

LIBER V.

AD

AD DIVUM MATTHIAM II. HUNGARIÆ & Bohemiæ Regem &c.

Alma salus nostro, Rex Dive, revertitur orbi:
Quæ nunquam Austriacos linquit alumna Duces.
Frunde oleæ gaudet redimita Silesia frontem:
Sunt sacra salva Chori: sunt Sacra salva Fori.
Subdita pro tanto tibi munere turba precamur:
Te beet ut superâ Dia salute Salus.

Eidem Breslam ingredienti.

MATTHIA, *erigitur tibi lignea Porta. subintres!*
Est tibi Relligio, Pax & amana Comes.

Qui

Qui pietate suas, & pace beaverit urbes:
Post obitum patet huic aurea Porta Poli.

Ex Senecâ.

SOrte meâ contentus ero; si detur habere,
Quodq; mihi satis est, quodq; necesse mihi.

AD JOHAN-CHRISTIAnum, Ducem in Silesiâ Legio-Bregens.

PRinceps *ingreditur Bregea Lycéa. quis ille?*
Princeps Elysii maximus ille Soli.
Psallunt Aonides, resonat nemus omne: Favete!
Introitum numen Martis & Artis habet.

AD

AD JOACHIMUM-ERNE-stum, Marchionem Brandeburg. Ducem Borussiæ, Pomsil, Vandal, Rugiæ &c.

Martia sæpè quidem volui tua Castra videre:
Sed nondum vidi. cur? via tuta minùs.
Hes sum veritus, caput insuperabile, Princeps;
Quod Mars, quod Pallas frundibus implicuit.
Hili pauper quid coram milite vates?
An captum Aonidum liberet ulla manus?
Un verò Alsatiæ decus, hanc accesseris Vrbem:
Hîc quoq; Musa tuo sole calere potest.
Ecce tuâ reples totam sol fulgidus urbem:
Cur mea non caleat Pieris igne tuo?

AD

AD MARCUM.

MArce *sitis nunquam, sitiant lic*
omnia, Solis
Æstu præ nimio. cur? bibis ante sitim.

AD GEORGIUM FRIDERI- cum, Comitem ab Hohenlôe, Dominum in Langenberg, &c.

INdolis Heroæ, magnæ COMES *inclu*
gentis:
Cujus inexstincto gloria Sole micat.
Antè licet summæ tua laus sit proxim
laudi:
Quam virtute atavi promeruére tui.
Tu propriâ virtute tamen super omni
laudum
Culmina, remigio Palladis, ire flagra
Perfice, quæ cupis, ô COMES *inclute, perf*
ce felix!
Ipsa juvat Virtus, ipsa Minerva juvat
Auxilio superûm feliciter omnia cedunt
Quorum subsidio tu quoq; major eris.

Ad

Ad Gryllum.

OMnia, Gryllus ait, possum. potes omnia GRYLLE?
Ergò proba. fac, anus ne sit anus, sed ὄνος.

ADGEORGIUM RUDOLphum, à Czedlitz in Briegg & Mirschavv Ducatûs Glogov. Capitaneum.

MAgnus honos onus est magnum; communiter ajunt.
CZEDLITZI, in patriâ Satrapa magne tuâ.
Experieris idem, novus ut Capitaneus audis.
Otia sæpè dies demet, & alma quies.
Sed confide DEo: DEus est, qui sceptra tuetur:
Qui tibi dat fasces, cætera quæq; dabit.
Quæq; det, ex animo mecum tuus optat & orat
COTVVICIUS: Musæ qui Cynosura meæ.

Cum quo fortis eras Phœbi olim in gymnade miles:

Vendit ubi famæ, Fama perennis, ope.

Unius si vota Polos transcendere possint:

Quantò plus flectet vox sociata DEUM

Ad Eundem.

ET Jus & Pietas duo sunt fundamina Regni.

Firmiter his Ditio sit nisi fulta, ruit.

Romani caput imperii venerabile CÆSAR.

Providus hos casûs antevenire solet.

Vtitur ille viris, animi qui lumine fulgent;

Prima quibus Pietas, altera cura Themis.

O Heros generose, tuæ Silesidos astrum;

Quo non splendidius vidit Apollo jubar:

Te jubet esse caput GLOGOII *illustre Ducatûs.*

Cui, precor, hæc potiùs danda Gubernaforent?

Hac

ic flos Nobilium vìget in regione, fatetur
Illa tamen meritò Sceptra gerenda tibi.
cui præferri veteri neq; poßit in ævo
Davidis Pietas, neq; Themis æqua Numæ.
stitia & Pietas vel te peperére: vel illas
E thalamo genitas credimus esse tuo.
udeat eximio te Præside patria tellus!
Czedlicio (certum est) Præside tuta suo est.

AD EURICIUM CORDUM.

A *Dficiunt adeò mihi Cor tua carmina,* CORDE:
Vt te cor Phœbi cor putet esse meum.

D WENCESLAUM à CZEDlitz & Neukirch, in Aicholtz Ducatûs Lignicens. Capitaneum.

QUod pater est Soboli; quod Dux solet esse phalangi:
Te Lygii simul & Bregidos ora vocat
Auxilio patris & Ducis orba carebat in Orbe.
Tu sed eam patriâ ducis amasq́; fide.
Romani celebrant Trajanum. nescio certè,
Num fuerit melior Duxq́; Paterq́; Sui
Ut valeas, tibi quisq́; vovet, cui patria cur est.
Si valeas, tecum Patria tota valet.

In Aulum.

COntra Grammaticas tua peccat Epistola leges:
Et tibi vis Sophiæ præmia summa da[ri].
Te modulo metire tuo prius, Aule. Magister
Quilibet esse potest velle, sed esse nequ[it].

AD MELCHIOREM à SE[...]nitz in Vogelgesang & Rude[...]dorff. Bregens. & Olaviens. Capitaneum.

Velite SEHNITZI, *Patriæ rediviue Pericles:*
Ac celebris veræ nobilitatis honor.
Sidereas inter veluti Cynosura phalanges,
Lumine tellurem fulgidiore replet.
Sic inter celebres multâ virtute Dynastas,
Virtutum radiis laus tua clara micat.
In terris quicunq; potest ita viuere vitam:
Hunc ego certé aliquod numen habere puto.

In Ædes Sacras.

HIERONYMI-AUGUSTINI à Kanitz, Urscoviæ noviter exstructas, An. 1612.

PArva domus, domus hæc, Domini tamen hospita magni;
Quem cœli & terra non capit ampla domus.
Hîc Domini bonitas homini bona qualibet offert:
Corporis ac animæ quæ sibi vota vovent.

Delectent alios augusta palatia Regum:
In Domini civem me juvat esse domo.

AD M. LUTHERUM.

Q Vâ moreris LUTHERE, *suam Co*
cordia Concors
Vult celebrare diem, sed celebrare n
quit.
Vsq; adeò perculsa rigat sua lumina f
tu.
Quis lachrumis possit nolle rigare g
nas?
Natali tamen ut tribuantur gaudia luci:
Ad superas tecum transvolat illa D
mos.

AD JOHAN FABIANU à Kotvvitz in Brunosylvaniâ Hæreditar. &c.

SI qua vigere diu vult Principis aula n
cesse est.
Relligio sedeat pura priore loco,

Qu

Quos sibi consilio, quos servitioq; fideles
Noverit: hos, prolem ceu pia mater, amet.
Eiiciat verbo, vel verbere monstra Gnathonum,
Sic florere diu Principis aula potest.

AD JOHANNEM à KRECKvvitz in Lenditschitz Hereditarium Eq. Sil.

FLorida nobilium laus est Doctrina virorum.
Nec minor illorum gloria, bella Charis.
Ex te KRECKVVITZI Charis & Doctrina ita fulgent:
Vt sol fulgidior non queat esse Polo.
Hac in parte tui simi is vix alter & alter:
Sed qui te possit vincere, nullus erit.

AD CHRISTOPHORUM à Kreckwitz in Mechaw Hereditar. Eq. Sil.

CAndida quod tibi sit pax & concor-
dia cordi;
Actio CRECKVVITZI nupera test-
erat.
Crede mihi possent cædes & bella caveri:
Si sit, qui pacem svadeat ore tuo.
Dispereant, qui bella volunt. tu pacis ama-
tor
Vive. Dei atq; hominum pax sit amic-
tibi.
Et tandem vitæ saturum te ducat ad astr-
Christus: ubi nulla est lis; mera pax &
amor.

JACOBO CHIMARRHÆO Com. Pal. Eq. Aurat. S. Cæs. M. Eleemosynario M.

IAm votis certare solent & munere lar-
go;
Mutuus inter quos sæpè probatus amor
Tot voveo tibi fausta, tibi quot fausta pre-
caris,
Magne Vir: incipium dum novus annu-
habet.

Ni

Nil habeo doni. Nihil ergò tibi obfero doni.
Sed licet hoc donum sit Nihil; aequus ama.
Nam grave pondus habet. Nihil est preciosius auro.
Auro plus igitur dono, ubi dono Nihil.

Ad Charibellam.

EFfigiem Veneris mitto tibi. vera fatere:
Hac Veneris facies ut, Charibella, placet?
Visa mihi non est in toto pulcrior orbe,
Respondes. erras: pulcrior immò tua est.

AD DIONYSIUM GOTHOfredum. JC.

DEbilis es, GOTOFREDE, senex, à te tamen omne
Et Themis, & Themidos lumina robur habent.

AD PHIL. MELANCHTO-NEM.

*TErra nigra es dictus. tendit nigra ter-
ra deorsum:*
*Vt, grave quodcunq; est, tendere quodq;
solet.*
*Tu tamen à terrâ super ipsa levatus
astra;*
Et virtute tuâ clarus, & arte gravis.

NICOLAO à RHEDIGER in Strisâ, Sponsberg, &c.

*AN postliminio redierunt aurea terr-
Secla; vel ad Latiam Pallada pri-
cus honor?*
Versifici RHEDIGERE *tuo mihi nomi-
dantur*
*Munera: Flaccéam quæ decuére Ly-
ram.*
*Jam contra morem fastu mea Laur-
turget.*
Laurea nam donis aurea facta tuis.

In Cottam.

H

Hospes adesse tibi nolo, licet usq; preceris.
Cotta, rogas causam? ne meus esse velis.
Tu rixas & ubiq; moves, & semper, amaras.
Corrumpit sapidos lis rabiosa cibos.

AD DANIELEM BUCRETIum, Phil. & Med. D. Uratisl. Phys. Ordinar.

Multis te scio rebus occupatum,
Bucreti, nimium nisi occuperis:
Hunc unum modò perlegas phaleucum:
Tu Sol es Medicis, Apollo Musis.

AD GEORGIUM REMUM, Patritium Augustarum, JC. & Consil. Noricum.

Gloria Reme tuæ patriæ, laus Norsdos urbis:
Emmetra Pieridum qui canis æqua choro.

Quem fieri me posse putat tua litera Va-
tem:
Pergat inoffensosi lyra nostra pede?
Scotigena & Schedii rediviva ostende
plectra
Nemo potest hominum; quippe Miner[...]
nequit.
Quinam ego tantillus minimâ de ple[...]
poëta;
Qui vix indoctis hisco poëma labris.
Erubui decies, tua cùm mihi litera lec[...]
est.
En! & adhuc facies tincta pudore r[u-]
bet.
Judicium tibi cæcat amor de carmine n[o-]
stro.
Momentum absit amor! pessima met[...]
leges.
Ne tamen absit amor! mala malo [...]
omnia ferre:
Quàm breve momentum corde car[...]
tuo.

AD JACOB. SCHICKFUSIU[M]. J. U. D. Consiliar. Bregeo-Lignicens.

M[...]

MAgnificas epulas venienti adponis amico.
Sumptum odi. reficit me cibus unus, Amor.

GEORGIO RUMBAUMIO Phil. & Med. D. Uratisl. Phys. Ordin.

HOc donum tibi mitto domum. sed quomodo donum?
Quod tu nec juris, dixeris esse mei?
Nam quibus inscripsi, RUMBAUMI gloria Breslæ:
Agnoscunt Dominos carmina quæq; suos.
Hoc tamen esto meum: in numeros quod sparsa redegi.
Quumq; hôc jure meo sint mea, dono tibi.

Tumulus Bibacis.

INquiris Lector, quis in hac sit conditus Urnâ?
Nomen & ellogium vox dabit una; BIBAX.

Credere vix poteris, quæ dico, sed absona non sunt
Vero. illi vinum vitaq; morsq; fuit.
Non finita tamen sitis est. nisi vina sepulchro
Infundas, abeas. ossa sitire solent.

AD FRIDERIC. CLOSIUM J. U. D.

Mensa tuo lateri latus hoc COTVVITZIA *jungit:*
Quid, CLOSI, *fieri possit amabilius?*
Immò & amabilius potuit fieri illud: amore.
Quod pedepressim animi serpo sub ima tui.
Nam cujus causâ quid amo, magis illud amatur:
Si modò quid veri tale Logisma fovet.
Mensâ igitur quùm mensa mihi hac sit gratior omni;
Quod penes esse tuum me velit illa latus:

Annon ex Phœbi tripode hoc ortum esse putemus:
Quod mihi amore omni gratior hic sit amor?

Patientia.

BARTHOL. NIGRINI, Pastoris Banchanani Symbol.

QVæ nequeas mutare feras. Patientia vincit.
Summa Mali summi est, non benè ferre malum.

Ad Mecœnatem.

MVnera quæ mihi das, mihi quòd das, dicere noli.
Dixeris hæc? dederis, quam mihi, plura tibi.
Sunt peritura brevi, quæ das mihi munera: famæ
Durat in æternum, quod capis inde, decus.

Astræa.

Astræa.

ASTRÆA è terris migravit ad astra: sed absq;
Caussidicis. quare? sidera lite carent.

Summus.

SUmmus in hoc mundo si sim, quid sum nisi Sum-mus?
Sive retrò, citrò sive legendus ero.
Sub terrâ latet exiguo mus parvulus antro.
Sub terrâ fabricant & mihi fata domum.
Sub terrâ vivus cubat hic: ego mortuus olim.
Ex me discrimen ne, rogo, quære: datum est.

AD M. CHRISTOPH. QUARtum, Theolog. Glogoviens.

Theio-

THeiologos inter puros sis nomine Quartus.
Non quarto; primo stat tua fama loco.

AD PANDOLUM.

NIgrum te dixi, quoties te Pandole dixi.
Namq; tibi nullus, Pandole, candor erat.
Candidus esse mihi nunc Pandole diceris, unde?
Hoc faciunt cani, Pandole false, tui.

VALERIO HERBERGERO, Theologo Fraunstad.

SPlendida Theiologæ fax, HERBERGE, Camenæ:
Hospitium Triados, delicium Charitos.
Magni magna Dei tractas MAGNALIA magnus:
Et magnum recitas Immanuelis opus.
Mirantur, quicunq; legunt tua verba. Jehovam,
Dicunt, in libris mellificare tuis.

Cui sic in linguâ, cui sic in pectore, cui sic
In calamo, JESV regnat & ardet amor
Cui sic æthereæ manat facundia Legis:
Theologus dici cur mereatur, habet.

ELISABETHÆ JOANNÆ Leonis, ex Familiâ Westhonior. Anglæ, P. L.

Carmina si Pallas mihi, si VVesthoni mittat:
Hæc Latore suo, Mercurio illa suo.
Illa licet Dea sit; licet hæc sata gente Anglâ:
Responsum Clariæ Pallidi tale dabo.
Tu tibi nunc alios Lectores quære Minerva:
Suavius in terris Musa Britanna canit.

Ad Charibellam.

Egrederis quoties, spectatum quilibet exit,
O Charibella tuum Nympha pudica decus.

Sp

Spectator quicunq; , domum redit omnis amator:
Et casto tecum poscit amore frui.
Omnis amet, cencedo lubens, te, Lux mea, norunt
Quid sit Amo reliqui: Verùm ego, quid sit Amor.

Foribus inscriptum.

NIl licet attuleris, quicunq; ades, adfer amorem.
Sin minùs, hæc mea sit janua clausa tibi.

Iisdem.

VIr bonus esto, meas qui vis intrare sub ædes.
Ostia claudo malis nostra; recludo bonis.

In effigiem. M. NATHANAEL. TILESII, Theologi & Poëtæ

TILE-

TILESII vultum præsens tibi monstra
imago.
Totum si lubet hunc pingere, pinge vi
rum:
Cui sunt Eusebies, Sophiæ, & mysteri
Phœbi
Cognita: qui miscet cum gravitate Cha
rin.
Hæc nisi quis, velit hunc qui pingere, sin
gula pingat:
Non erit effigies picta; sed umbra viri.

AD NICOL. HENELIVM J. U. D.

HENELI, ô lepidum caput, paternos
Te feliciter audio reversum
Ad Lares. tibi gratulor mihiq;.
Quando te dabitur videre? quando
Narrare Ausoniæq; Galliæq;
Mores & populos: & hinc & inde
Devoratum iter, audiam? simulq;
Mellitos oculos, & os politum,
Prisco more, & amore, saviabor

Vs

sq; ad millia multa suaviaber?
ellitos oculos, & os politum.

Ad Charibellam.

ME, Charibella, tuum cor dicis. si tibi cor sim;
Cur cogor procul a corpore abesse tuo?

AD ADAMUM BIELSKIUM, Sil.

LVdere quod chartâ nequeam, tibi cognita res est.
Vt tamen eludam tempora, ludo parum.
Tempora prætereunt: abeunt cum tempore nummi.
Tu, ne sim tristis, suavis amice, mones.
Cur ego sim tristis? potius gaudere sit æquum.
Sors nihil ista nocet, sed nocitura fugat.
Aspera cui sors est Ludenti, servit Amanti.
Omnia restituet fœmina dote suâ.

AD

AD PANDOLUM.

INvidiam metuis? noli, te qui videt, in t[e]
Et tecum, invideat quod tibi, nemo videt.

Vita nostra vitrea.

SIt qualis tua vita rogas? est vitrea vita:
Immò magis fragilis vita caduca vitro.
In tuto sepone loco, durabile vitrum est,
Vita potest nullo tuta manere loco.

Pecunia.

Optima merx, orbis regina Pecunia semper,
Æstas seu fuerit, seu fera Bruma, valet.

AD M. DANIEL VECHNErum. P.L.

Quàm

QVàm suavis, VECHNERE, tuæ Symphonia Musa est!
Dico; mihi quoties obvia Musa venit.
Immeritò non sunt hominis meletemata, non sunt.
Totus in his modulis spirat Apollo tuis.

Spes & Somnus.

SPes & somnus idem est. parva est distantia. sæpè
Hic noctu; illa die gaudia vana movet.

VALENTINO SANFTLEBEN, Scholæ Boleslav. R.

COnveniant SANFTLEBE suis quod nomina rebus:
Exemplo gaudet Musa probare tuo.
Vita tibi mansueta, viroq; adfabilis omni;
Cui non est probitas hostis, & exul honos.

Diva tuis habitet nisi mansuetudo me-
dullis:
Vnde tua est aliàs lingua animiq́; Cha-
ris.

In Avarum Arithmeticum.

DOctus Arithmeticâ, sed non perfectus es arte.
Addis divitiis millia multa tuis.
Omnia vicino bona subtrahis impete cæco
Multiplicas & opes illius ære tuas.
Sed eum pauperibus nummum nec divi-
dis unum.
Hæc species nondum cognita Quarta ti-
bi.

AD M. MATTH. RUDINgerum, JC. P. L. & Notar. Lignicens.

S*Vnt aliqui, naso qui Rhinocerotis o-*
rant:
Dictavit juveni quæ mihi metra Veni.

E-

Excuset lusûs ad amorem prona juventus:
Quodque nec obscænis Musa sit usa jocis.
In novitate utor. Veteresque, noviq; poëtæ
Hoc iter exemplo me docuêre suo.
In fungos sequor: at sequor ipsâ ex Attide cives:
Non modò qui Divos, sed coluére DEum.
Arguat ut quis me, priùs illos arguat. illi
Mente suâ mentem corripuére meam.

JOHAN. SIGHARDO, SIL.

CÆlica quod tua sit virgo; mea terrea, clamas.
Dedecorare meam vis, decorare tuam.
Terra sed est constans ; est cœlum mobile semper.
Hinc mea plus laudis, quàm tua virgo capit.

AD CHARIBELLAM.

QUâ mihi te licuit, lux ô mea, cernere primùm:
Nescio, num fuerit faustior ulla dies.

Quâ sociam liciti quondam te senſero l[...]
ćti:
Dic, mihi num fuerit ſuavior ulla qu[...]
es?

AD MAGNUM CÆSAREM Conſulem Wolavienſ.

Q*Væ tibi natalis, Lux Magni,* MAGN[...]
reverſa eſt.
Vult tibi magna dare vincula magn[...]
amor.
Magna ſed ut deſint, tibi parva ligami[...]
mittam.
Tu refer, an magnum parva liga[...]
queant?

Aqua cara, non chara.

C*Hara licet non ſit, tamen eſt aq[...]*
cara bibenti.
Vina taberna ſolet vendere, miſ[...]
aquam.

In effigiem.

[M]ELCHIORIS TILESII, olim-Rectoris in Gymnaſ. Bregéo.

HÆc eſt effigies, facies hæc æmula Suadæ:
In qua Suada ſuam tranſtulit ambroſiam.
[V]t magis, ex quibus ambroſiam Suada æmula ſuxit.
Ora adeò ambroſio plena fuére favo.
[N]omina ſubjiciam? MELIOR TILESIUS hic eſt:
Quo melior vitâ, laude nec artis erat.

In divitem impium.

[P]Lena quid arca bonis, & multo fœnore prodeſt?
Si fuerit vacuum cor bonitate tuum.
[T]u, bona poſſideas: & tu bonus eſſe recuſas.
Neſcis, quod Bonitas adferat omne bonum?

Dedecus, & scelus est æternâ morte pe-
dum:
Si malus est Dominus, plena Bonis
domus.
Omnia si tibi sint bona, nil tamen om[nia]
prosunt:
Ni simul obtineas, qui dedit ista, D[eum].

BALTHAS. NIGRINO, SL.

Diceris antiquis ab avis, NIGRI[N]E,
Nigrinus.
Nominis antiphrasis cognita tota t[ibi].
Quis te candidior, si cordis ad ima rec[urro]?
Immò candidior te neq; candor eri[t].
Nescis verborum phaleris obtrudere [ul-]
pum:
Personam blandus quam para[s, tu]
agit.
Lingua tua & tua mens chordâ m[odu-]
lantur eâdem.
Suavius in terris Musica nulla ca[nit].
Nomina sint nigra, sit facies tibi nig[ra]:
quid ad me?
Præ candore tuo nil ego cerno nigri.

Latet ultimus dies.

Ultima quemque dies latet, observentur ut omnes.
Cuique sit ergò dies ultima, quaeque dies.

In Effigiem.
I. CONRADI BAVARI, Profess. in Acad. Lipsens. & Agnetis, Conjugis dilect.

Haec facies cujus? BAVARI. *sed & altera cujus?*
Agnetis. quid in his Cypria Diva facit?
Agnetis faciem; Bavari potis illa Camoe-nam.
Inde micat facies; inde Camoena nitet.

AD STEPH. RITTERUM, P. L.

Tendis in Italiam, sed ubi RITTERE *caballus?*
Nullus adest, inquis, non eques; ibo pedes.

Ergò Eques esse nequis: potius dicere Ped-
ster.
Qualis eques fueris, si pedes ire velis?

AD JOH. BAUMANNUM
Pastorem Rautenatem, &
Ejusd. Diœces. Senior.

GRande jugum tolerant, Christi q[ui]
templa gubernat.
Gratia nulla sed his quòd datur, aug[et]
onus.
Et magis hoc mærore gravi cor tangit &
angit:
Scommata si plebes vibrat ab ore suo.
Sed felix, placido qui sustinet omnia co[r]-
de!
Mercedis dabitur copia larga Polo.
Pœna manet reprobos. Deus omnia cern[it]
& audit:
Hic; Vindicta mea est; hic ait, Vltor er[o].
Vltor Elisæi quondam fuit: Vrsus ut a[d]-
sit,
Qui repetat pœnas, è styge Dæmon a[d]-
est.

I

IN SEXTUM.

DIversis Dominis gaudet servire duobus
Sextus, ut accipiat præmia dupla facit.
[A]lter herus velut est pauper, sic alter avarus.
Sexte quid accipies hinc ab utroq; ? nihil.
[M]ercedem iste potest tibi solvere, solvere non vult.
Hic vult, solvendo sed nequit esse tibi.

[A]D JOH. LUBIUM, SIL. Ecclesiast. Brunosylvan.

SVnt rari, qui fronte gerunt sua pectora. rari
Sint licet, haud nulli sunt tamen. ecce probo!
[L]ane, tuâ ex vitâ micat, ut Sol, candor apertus.
Pulcrior ecqua potest esse nitela Solo?

AD CHARIBELLAM.

Diligo te, fateor: simul & vehementi odi.
Te fugio, pariter te Charibella seque
Et quò plus odi, plus hòc te diligo. quò pl
Te fugio, plus hòc te Charibella sequor.
Me fugat asperitas; revocat tua rara v
nustas.
Meus odisse; oculus cogit amare tuus.

M. JOH. BRACHMANNO Scholæ Guranæ R.

AOnas in montes quòd dux mihi pri
mus, & autor
Ad sacra Melpomenes pulpita pron
eras:
Te veneror, BRACHMANNE meis, dum
vivo, libellis:
In tabulâ Fidii ver aget illa fides.
Nec Lethen bibet immemorem, nigrasq
paludes:
Quas ingratorum turpiter ora bibunt.
Hæc equidem memori, si nil superaddo
Camænâ.
Non possum meritis æquivalere tuis.

Ta

Tu tamen esto memor; quòd qui poliére juventam,
Illis non possint præmia digna dari.

In Avenam Martiam.

MICHAELIS FENDII, P.L. Scholæ Neuburg. R.

Arma tonant, FENDI, *crepitante aliis are, per arma*
Quos trahit heroo Calliope usa pede.
Bella canis facili, lepidoq; poëmate. multas
Sed tua confundit Martia Avena tubas.

CHRISTOPH. ALBINO, SIL.

Nomine candidulo decorat te Candor & ornat.
Candidius pulcro nomine pectus habes.

Quid mirum est igitur, si te candoris al-
mnus,
Et fidei constans omnis amator amet?

Ad Amicum Pyladéum.

SI, qui multa bibit, qui scribit multa poëta est:
Judicio velut est ille poëta tuo.
Maximus inter eris, Philadelphe, poët. poëtas.
Plus aliis scribis, plus aliisq́ bibis.

AD MATTH. ARNHOLDUM Pastorem Mega-Tschirnæum.

QVis tibi suasit amor, primo quod lumine visum
Me capias animi claustra sub ima tui:
Tanto quid dignum MATTHÆE *precabor amori?*
Vt capias, cupias quæ tibi, dante DEO.

Tu-

Tumulus.

ARIÆ , JACOBI SCHICK-fusii. J.U.D. Filiolæ mellitiss.

A Des homo? breviter ea lege. Vbi vigeo rosa
Tenera, Charis ubi vegeo faviloqua :
ariola tenera puera, & animi rapa: Venus
Venere lepidior , oculeaq; magis:
beo. ita tamen , ut ibi vigeat anima mea,
DEVS ubi residet, & ubi Pius ovat.
ubar ut ibi nitet, ita niteo nitida. Caro
Tumulo in inanimo inanima modò jacet.
etue tibi; neq; metue. obit homo: obitus at hic
Poli ad opus hilara via erit & aditus.

Ad Musconem.

UT tibi divitiæ crescant , & nomen in orbe:
Sedulus in Chymicis nocte dieq; coquis.

Musco, tuum nomen crevit: decrevit at-rum.
Nunc es Mendicus, qui fueras Me-cus.

AD JOH. STEINMETZIUM, SIL.

Officiis ego sapè tuis audaculus utor;
Omne lubens, quicquid te rogo, JANE, facis.
Quando virum Juno, Sophie te quan-Magistrum
Efficiet: lepido carmine gratus ero.
Interea moriar? tibi versibus ergò du-bus
Hoc decus ex animo grator utrum-tibi.
Adsit Prosperitas: tua cœpta JEHOVA-cundet:
Quando Magister eris; quando Marit-eris.

GEORG. HAUSMANNO P. L.

E

INgenii dum culta tui lego carmina, Pallas
Adstat. amica quid hîc, dico, Minerva facis?
Sumo mihi Veneres hîc, & Parnassia mella,
Inquit. ego contrà: talia Pindus habet.
Quæ capio, illa refert, Hausmanni è carmine mella;
Plus, quantum video, mellis & artis habent.

Peregrinatio.

DUlce per ignotas trans æquora currere terras,
Arte sine, & fructu, turpe, redire domum.

PETRO SCULTETO, P. L.

AUribus ô nova grata meis! tibi Laurea Phœbi
Condecorat juvenes fronde virente comas.

Sic merito suus exstat honos, sic gloria di-
gnos
Ornat; & ingenii cura brabeia capit.
At simul invidulos etiam capit illa: ca-
numq;
Audit latratûs, quos screat Invidies.
Cæsaris ex horto vix, ante bienna, Lau-
rum
Accepi: invidiæ spicula sensit honor.
Hos Sciolos eludo meos. elude cachinno
PETRE *tuos. visu livida turba perit.*

Mors via est.

V*Iventis natura mori est. mors hæc vi-*
certa est:
Ad Styga, si mala sit; si bona, ad astr-
poli.

Ad Candidam.

D*Icitur ignis Amor: quia quilibet ar-*
det amator.
In te cur igitur, Candida friget amor?

D M. ELIAM CUCHlerum, P. L. Scholæ Gorlicens. Rect.

MELliculum Phœbi, CUCHLERE, & adorea: cujus
Carmina Gorgonidum pumice culta nitent.
Musarum ille oculus tibi dum CUNRADUS *amatur:*
Sincero igne tuus me quoq; amabit amor.
Namq; duo, calido quorum jecur igne amore:
Vnum odisse solent; unum & amare solent.
Non merui? verum est. occasio defuit omnis.
Quæ nondum merui, dêinde merére volo.

Impiorum vita.

IMpie quid tua vita? nihil nisi pessima mors est.
Quâ sepelis animam, flebilis Vrna caro est.

Mens

Mens terrena sapit, neq; se super æthera [...]*brat:*
Castra voluptatis, non Pietatis adit.
Hæret in omnigenis vitiis, quasi fune liga[...]
Quæ vivit mundo, mortua vita D[...]*est.*

PAULO TANTZMAN[...]
Seniori: Pastori in Guren, secundùm Sponso.

P*Ar, in amicitiâ fidei est sociale lig*[...]*men:*
Impar, dissidii sæpè venena movet.
Conjugium sed amicitia est, & maxi[...]*certè:*
Solvere quam nullus, mors nisi sola p[...]*test.*
Dic mihi, quî vestras animet constan[...] *tædas?*
Dum tibi disparitas pro paritate plac[...]
Tu viduus tibi non viduam, sed am[...] *puellam.*
Eligis, ut cordi sit medicina tuo.
Sed ne quid metuas. Fac, par ex impare f[...]
Et tua sit cõjux, quæ modò virgo tua [...]

Chr-

Chronodistichon.

CæLo CLara DIes BerthoLDI fVLserat aLto:
Lege thorI est HeLenæ SponsæLIgata tibI.

Aliud.

SEpteMbrIs VICena fVIt LVX CLarIor orta:
VVLt VbI paVLe tVo VIrgo CaLere thoro.

In Aulum.

EXbarbâ vis nosse virum? sed longior hirco,
Quàm tibi barba tuo est. num magis ergò vir est?

AD HEINR. SCULTETUM, II.

Ne-

NOstra puella, suo vultu tam bella pu-
ella est:
Et tam grata suis moribus, ore suo:
Gratior ut non sit, non sit formosior ulla.
Dicitur hinc vero nomine bella-Cha-
ris.

In Curas melicas.

PETRI SCULTETI, SIL
P. L.

ALcides fuerit quàm grandi corpore
vidit
Mens uno è modulo Pythagoraea pedis.
Praeditus ingenio quô sis, & Apolline: lot
Haec tua Pieridum carmina fonte de-
cent,
Qui negat ingenio Phœbiq; hac numi-
plena:
Ingenio & Phœbi numine Blenzo c.
ret.

Tumulus
JOAN. PAPPI, S. THEOL. I
& in Acad. Argentin. P.

NE ſtrepe, quiſquis ades. poſt multa negotia, tandem
Otia in hôc tumulo mollia Pappus agit
Cui Patria ſchola tres linguas; Baſiléa Magiſtri,
Doctoris tribuit magna Tubinga gradum.
Articulos veræ fidei defendit: & ortos
Sectarum ſcopulos cóntudit ingenio.
Æde ſacrâ populos docuit pubemq; Lyceo.
Nunc pubem & populos per ſua ſcripta docet:
Quæ ſuper Orbe ferent nunquam moritura triumphum:
Donec Relligio vera ſuperſtes erit.

VIRGO ET VIRGA.

VIrgo nimis, ſed Virga minus placet. utraq; prodeſt.
Hæc puerum mitem reddit, & illa virum.

AD PETRUM STORCKIUM, Reipubl. Argentin. Conſularem.

STOR-

STORCKI avidis oculis legi Juvenilia Bezæ:
Quæ tua mnemosynon nobile dextra dedit.
Palladis aut digito sunt scripta, vel edita Phœbo.
Non hominem sapiunt hæc metra; numen habent.

AD NIC. HENELIUM, J. U. D.

SI quis amicitiæ coalescit glutine mecum:
Si quis inoffensam servat amore fidem:
Vivere cum tali; pro tali velle pericla,
Velle pati mortis tela, requirit amor.
Jucundum HENELI mihi tecum vivere pro te;
Si sit opus, grata est res mihi, posse mori.
Sed tecum; & pro te, quem sic amplector amore
Ut natum unigenam vix ita mater amet.

Te

Acum si vivo, fructûs ego sentio vitæ.
Pro te si moriar, præstita summa fides.
Qui sine figmento, sine fuco vivit Orestes:
Non renuit Pyladis pro nece ferre necem.

AD PYRRHUM.

Munera dum mittis, superaddis carmina Pyrrhe.
Quæris, sint animo quæ potiora meo.
Carmina sunt tua plumbea, dona sed aurea. Plumbum
Qui præfert auro, plumbeus ille vir est.

AD JUSTUM MEIERUM, J.U.D. in Acad. Argentin. P.

Plane Erisichtonium tibi quod MEIERE famentum
Micis meis citaverim poëticis,
Scribis: & ut plenis calathis grandiq; medimno
Posthac Typis admetiar versûs, mones.

Cur

Cur facis hoc ? stolidis sua præmia dantu
athletis,
Funambulis, & histrionum ineptiis.
Tantùm Phœbus eget. redeat si Thraci
Orpheus;
Nunquam eliquabit divitum præco
dia
Cusa è millecuplo ferro ; donare Camœn
Pauperculisvé nummulum unum v
tibus.
Hæc nisi mutentur perversi sæcula Pluti:
Monere noli in posterum me talia.

JOHAN. RIPPIO, J. U. D
Sponso novo.

F*Orma tui vultûs laudem speciosa mer*
tur:
Æneadum Genetrix, quâ pudefacta g
mit.
Et mentis decor ille tuæ ceu sideræ fulget:
Quo superata Iovis Gnata, Minerva j
cet.
Sponsa pari formâ est manibus forma
Promethei :
Vt nec bella magis Diva sit, orta Ma
Il

...uum, pariterq́ tua decor ille venustus,
Quàm tibi, quamq́ Tua basia multa feret!
...enitam vobis quondam cognovero prolem:
...am, dicam, Pallas; jam nova nata Venus.

In Philothecam.

ANDREÆ CAVEARI, Cæbenatis Sil.

QVisquis in hoc libro scribas tua nomina, Lector:
Scribe, quod & Pietas absq́ rubore legat.
...manus est, ita mens tua creditur esse, fidesq́.
Dextera si levis est, mens nequit esse gravis.

I. MARCO FLORO, Eloqu. in Acad. Argentin. P.

Sunt

*SUnt quædam non pura satis mea carmi-
na; verum est.*
*Iam mala, jam bona, jam carmina mi-
xta legis.*
Quid caussæ mi FLORE *putas? tibi dico su-
aurem:*
*Iam mala, jam bona, jam mixta faler-
na bibo.*
*Hæc semper si pura mihi tua vina daren-
tur:*
*Omnia quæ scribo, carmina pura fi-
rent.*

De Juris Unius Doctore.

*SCripserat J. U. D. quidam, cui di-
xerat alter:*
Cur te Doctorem jure in utroq; vocat?
*Ille iratus ait; quid tu me corrigis? Vnu
Ius me Doctorem; te sed utrumq; facit.*

In opus A.P.
ex mente Possessoris,

JO

[I]OACH. CLUTENII, JC. & Histor.

[S]I quis ob ingenii sit amandus acumen: amandus
Certè præ reliquis noster Amandus erit.
[Sc]ripta lego. Scriptura lapis mihi Lydius esto.
Lectores nunquam decipit illa suos.
[Cu]ncta probare decet. reprobo quæ dissona VERBO:
Consona quæ VERBO *sunt, ea verba probo.*
[Sit] Cicero, sit Aristoteles, sit amandus Amandus:
Plus tamen est verbi regula amanda sacri.

Gener, ex Solone.

[F]ilius est, Gener ingenuus. si degener hic est:
Filia nec tua, nec filius hic tuus est.

[G]EORG. ZERLINGIO.

DE Vino mea sæpè fabulatur
Musa, & nescio quam bibacitatem
Faceto enumerat joco, sed ô quàm
Dispar est mea vita Cantilenæ,
Quæ turpes celebrat bibacitates!
Tàm dispar aquila Leæna non est.
Mallem bellua, quàm gulosus esse.
Quantum nempè necessitas requirit,
Manducat Leo, non libidinatur;
Nec sese ingluvie necat, venenum
Eccur solus homo sibi propinat?

M. GEORG GERHARD(
in illustri Bregéo Poët. P.

ME quòd amas, quò amo quoq; te, m[...]
retur an ullus?
Hæc neq; mira tibi res, neq; mira mi[...]
Phœbus utriq; herus est: hoc sub duce vi-
mus ambo.
Discordes animos nescit Apollo pati.

M. MATTHIÆ PERNEGG[-]
ro, Argentinæ P. Class.

Cras te conveniam, cras, dicis semper. at illud
Cras, dic MATTHIA candide, quando venit?
Quâ latebrâ aut scatebrâ, vel quâ regione moratur?
Nunquid apud Turcas Tartaridesq; latet?
Cras, cras, corvorum vox est. non diligo corvos,
Nec qui corvorum crastina verba crepant.
Quæ secum ventura dies ferat aspera, nescis.
Qui non est hodiè, cras nequit esse meus.

M. JOHAN. PAULO CRUSIO.

Non opus est, CRUSI, testari fœdera donis.
Et sine muneribus verus amicus ero.
Exiguum tamen hoc æterni pignus amoris,
Dum linquo Argyropæ mœnia, linquo tibi.
Ut quoties videas, CRUSI suavissime dicas:
Vivat, id ex animo qui dedit, ex animo.

Eidem.

NE dono superére meo, SUSPIRIA donas
SCULTETI, ô fidum pectus & ingenuum.
Non ego te propter tua munera diligo CRUSI:
Propter te potius munera gratus amo.

MATTHÆO ZUBERO, P. L.

QUo magis adspicio, subit admiratio major.
Magnetem vates deliciosus habes.
Spectarem cupidè, si quis te vincere vellet.
Promptior in versu non mihi visus erat.
Das aliis equidem palmam, Genioq; modesto
Præditus indulges & tua Serta aliis.
Sed scio quid possis, scit & hoc SCHICKFUSIUS. ille
Non tanti faceret te, nisi dignus eras.
Auguror; exstruxit tibi jam Silesia sedem
Quâ studio possis invigilare tuo.

Et modò nobiscum ZUBERE manere memento.
Invidiam forti pectore ferre decet.

AD PHILIPPUM MULLER, Friburg. Brisgoum, Med. D.

EDe tuos chymicos, tandem éde, PHILIPPE, libellos:
Et subtile tui prefer opus Genii.
Exigua molis liber est, sed mystica rerum
Pondera si video, grande volumen erit.
Immenso lapidi ceu gemma minutula præstat:
Sic liber ingenti prævalet iste libro.
Ante fores vigilat tua Fama. admitte benignus.
Dignus es, ingenii præmia ferre tui.
Et MULLERE feres, tantùm hæc mysteria promo,
Cui tu das, laudem dat Medicina tibi.

GREGORIO FIBINGIO, Ecclesiæ Deichsléæ Pastori.

O ſ Car-

CArpere quod soleat quidam mea carmina, dicis.
Credo. sues Momos quilibet autor habet,
Forsan & illius, FIBINGI, carpere possem
Carmina, vel potius crimina. parco lubens.
Omnibus hoc vitium est: aliena notamus ocello
Lyncis; at in propriis nil nisi talpa sumus.

Ad Sympatriotas.

IN patriã revocor, si quid mandare velitis
SILESII, ô cordi mellea corda meo:
Dicite: perficiam. mea mens sine fraude moráq;
Serviat ut vobis, patria flamma movet.

JOH. ERHARDO HERLINO Argentinens.

UNa fames, eademq; domus nos corpore jungit:
Et nostros animos copulat una fides.
Con-

orpora disjungunt jam Fata. moraris in urbe
Patriâ.ego patria tecta reviso mea.
orpora dissociare queunt, sed pectora nunquàm.
Quam jugat ipsa Fides, est sine fine fides.

AD QUINTUM SEXTUM.

MUlta quòd in nostris Venus insit, Quinte, libellis;
Objicis, hoc verum est: non ego, Quinte, nego.
Casta tamen Venus est in nostris, Quinte, libellis:
Quos pueri; quos & casta Susanna legat.
Casta magis quoque sunt nostris tua carmina Musis,
Non nego. sed quænam caussa? ibi nulla Venus.

Ad Gryllum.

NEscio, cur faveas tàm multis, Grylle puellis.
Hoc scio, cur faveat nulla puella tibi.

JOHAN. HEERMANNI

EPIGRAM-MATUM

LIBER VI.

AD WENCESLAUM à Rotkirch & Panthen, in VVinzenberg Hered.

QVali & quâ reduci mihi sit Vi
sorte peracta,
Quæris? erat loculis illa mo
lesta meis.
SalVos conductûs habui. nihilominùs au
ro
AuriVorum penitùs me spoliaVit iter.
Quis mihi ROTKIRCHI *consumta nu*
mismata reddat?
Noster erit loculus, qui tibi reddat, ais.

LEONHARDO à KOTWITZ in Köben Hereditar.

QVantum, COTVVITZI, *potui, præ*
lustria fugi:
Nec mihi libertas Vendita amore da
pis.

M

Ne quia suspicio, mendaxq; calumnia terret:
Quæ solet innocuos sæpè ferire viros.
Hoc exempla probant, docet experientia passim.
Vivere sed nondum me piget arce tuâ.
Exsulat hîc infida fides, & palpo fugatur.
Naturam Domini continet aula sui.
Mensâ & mente igitur puri quia pascor amoris:
Cur tua carminibus sordeat Aula meis?

AD WENCESLAUM, à ROTkirch, & Panthenaw, in VVinzenberg, Eq. Sil.

WENCESILAE tui generis, patriæq; corona:
O & præsidium, dulce decusq; meum.
Prævius una ferè tecum sexennia vixi
Cursor ad Aonidum templa, viæq; comes.
Sed Deus ad patrios me nunc jubet ire Penates.
Jussa DEI, par est, quemq; verenda sequi.

Tu vive intereà felix studiumq; perenna:
Fixa tuo maneat pectore cura mei.
Ipse tuus vivo moriorq;. Cor accipe pignus.
Quæ majora feram pignora, non habeo.

In Philothecam.

DANIEL. ORTENBURGERI, Austriac.

HAnc tibi linquo manum, sit amoris ut arrha perennis:
Sum quia durateo nunc abiturus equo.
Fausta tibi voveo, Juvenis dilecte, precèris
Ipse via & vita talia fata meæ.

AD JOH. PFANNESTIEL, Franc. Phil. & Med. C.

DUm nos una vehit Francfurti ad mœnia navis:
Turget ubi vitreâ Manus amœnus aquâ

Intereà coëunt animi per vincula nostri:
Malleolo fidei quæ fabrefecit Amor.
Mirum. nam fluidâ nihil inconstantius unda.
Hîc tamen & facta est, & stabilis fides.
Sed mirabilius sit ut hoc Mirabile cunctis:
Fac, benè qui cepit, continuetur amor.

AD RUDOLPH. GOCLENIum. Philosoph. Marpurg.

Visere Marpurgum, GOCLENI *magne, volebam:*
Ut possem vultûs astra videre tui.
Sed quia nunc intrà Francfurti pergama vivis:
Parcere me loculis Sors pedibusq; jubet.
Adventus tuus est adeò mihi gratus : ut orbis
Titanis nequeat gratius esse jubar.
Hîc ego te maneo. jubeas intrare poëtam!
Tantillum spatii ne mihi quæso neges.
Dicere si possim ; GOCLENIUS *est mihi visus:*
Quid dicam, nisi quòd visus Apollo mihi?

M. HARTMANO BRUNONI Grunberg. in Hassia Pastori.

DVrum HARTMANE Virum quisquis te dixerit; idem
Durior est saxis, asperior scopulis.
Tu potiùs dicendus eris Charitonius. in te
Durities non est, est genuina Charis.

AD GEORG. MOLTHERUM, Hess.

HÆret adhuc noster lapidoso currus in antro.
Indè fit, in patriâ quòd moror usq; tuâ.
Hæc inimica quidem; loculos quia pauperat: at te
Quòd MOLTHERE mihi jungit, amica Mora est.
Fænore sincerus damnũ compensat amicus:
Cùm mihi sis talis; tu mihi grande lucrum.

Erphordiam ingrediens.

INtro tuos muros, ERPHORDIA, vespere sero,
Nox mihi lux clara est, tu quia clara micas.

Ho-

Hospitium Phœbo concedis, idem mihi præbe!
Absq; suo Servus non benè dormit Hero.

Amico.

Traurbachii dormita mihi est nox ista maritus
Vir bonus & cunctis officiosus homo.
Hospita cunctarum vetularum pessima certè est:
Quâ nec deterior forsan in orbe novo.
Nos tonitru excepit: strepuerunt tecta fragore.
Xantippe melior Socratis uxor erat.
Si foret hæc Juno, nullum jam fulmen haberet
Juppiter, Orbicolas perderet una dies.
Hanc Charon inferni rate si transportet ad aulam:
Plutonem ejiciet de nigricante throno.
Hippotades revocet ventos; hac flante, boante hac,
Percipiet turbas omne Solum, omne Salum.

Quid

Quid precer huic anui? possum mala nulla precari:
Omnis enim hæc anus est Ilias, ipsa mali.
Sed neq; digna Bonis: bonitas cui nulla; nec ulla
Mica boni dubius nescio, quid voveam.

In Philothecam.
JEREMIÆ GOTWALDI SIL.

GOTVVALDE *aureolo me vis includere Libro*
Cor concede mihi: corde habitare volo.
Tempore sæpè perit, vel tempestatis ab imbr
Charta. Cor ingenuum mansio salvi tuum.

Ad Amicum.

P*Lurimus externâ mercator currit a orâ*
Francfortum, ut loculos ære repleat suos
Manus amœnus aquis hanc me quoq; nu per in Urbem;
Sed certè nimium dispare sorte tulit.

Vin

nguis erat; mea sed jam tabe crumena laborat:
Tam multis rugis nulla videtur anus.
xperti, si quod medicamen habebis Amice.
Absq; tuo auxilio nostra crumena perit.

AD PANDOLUM.

RAro domi es. quare? tua fulminat & tonat uxor.
Tu pluvias metuis Pandole. cautus homo es.

AD M. CONRAD. BAVArum Poëſ. in Acad. Lipſenſ. P.

QVa tremefacta gemunt pluviis & flatibus Euri:
Respirare parùm me mea crura rogant.
Otia si tibi sint, ut sunt hoc tempore Musis:
Exoptat tecum mens mea pauca loqui.
SCICKFUSII, ut faciam mihi suadet epistola: cogit
Vel potius Vena me Venus illa tua:

Allo-

Alloquii CONRADE *mei nisi grata sit hor*
Culpam Schickfusius, vel tua Musa l
at.

In Philothecam.

JOHAN. KROSNITZK
Kærnitzky dicti, Eq. Sil. soli-
dè docti.

M*Omentum breve caussatur breve t*
men. at addo
KROSNITZKI *æternam sub brevit*
fidem.

SEBASTIANO PREUSS, SI

H*Ebdomas absolvit,* PREUSSI, *n*
tertia cursum,
Ex quo multivium carpo viator iter.
Quotidiè madui (tantùm tres excipe
les)
Non Bacchi, aut Cereris, non Heli
nis aquâ:
Imbre sed aßiduo. toleravi flamina Cau
Rheumatico cerebro quæ nocuére me
Igne tui vultûs & suavi pectoris aurâ,
Exanimatum animum rursùm anim-
re potes:

Qu

Qod quia jam facies, PREUSSI fax lucida juris;
Quid crebras pluvias, flamina quidq; morer?

MATTH. THOMÆ J. U. C.

DE te quod toties dixit mihi BIELSKIus: illud
Hac horâ experior. candor es ingenuus.
Nectare tot fidei spumantia philtra propinas:
Ebrius ut jam sim prorsus amore tuo.
Si sit amore tibi par, qui se jactat amicum:
Restabit toto nullus in orbe dolus.

Ad amicum Convivam.

ET lepoR & lepuS exiguo discrimine distant.
Sibilat hîc anSer: frendet ibi iRa canis.
Gratus uterq; cibus: menti lepor, & lepus ori.
Hospita tecta lubens, quæ tibi pando, subi.

Ad-

Adposui Leporem, quem tu perfunde Lepore,
Et salibus. Nihil est absq; Lepore Lepus.

PHILIPPO MYLLERO, CAsparo Bartholino, & Joan. Pfannenstiel, Medicis,

A Vobis igitur, suavissima Corda, recedam:
Fortè mihi nulla post re videnda die.
Vestra velut semper mihi cōversatio grata:
Quæ Suade & Salibus plena, & amore Sale:
Sic mihi discidiū, sic hæc disiunctio felle.
Velle sed hoc Superûm quis reprobare licet?
Nolentes sua Fata trahunt, ducuntq; volentes.
Si nolim duci, me quoq; Fata trahent.
Salvete ergò Animi ingenui, ex animoq; valete:
Corq; meum, quod amat vos, redamando abeo.

AD AMICUM.

SUscipit, & meritò te suscipit extera tellus
Nescio, num tu sis doctior, an probior.

Aspicit at tellus te patria, quid nocet isthoc?
In patriâ gratus nemo propheta fuit.

GEORGIO GRETSERO, Sil. Secretario Olsnens.

PLurima qui loquitur, mentitur plurima, dicunt
Teutones. & meret hoc sæpè noëma fidem.
Ne reprobet patria me consuetudo loquendi:
Adscribam brevibus, qui sumus, ergò logis.
Tu ah me ita ama, ut te ego ame ipsâ animâ. hem! & mihi eris tu ita ego ipse hîc.
Tu-ipse ego ita & tibi ero hîc. sum en jam ego tu: & tu item ego es.

AD CASP. SIGHARDUM, SIL.

PAnde domum, Sigharde! videsné, quis ostia pulset?
Oris an agnoscis, suavis Ocelle, sonum?

Egre-

Egrediare. dabo Veterum pro more recepi
Suavia, quæ fidei sint simulacra mea.
Eugè Veni, propera. quid gaudia nostr
moraris?
Te meus ex animo cernere gestit amor.

AD JACOB. LADENBACHI um, Sil.

C*Vm terram egrederer, cuì lambit li*
tora Menus,
Quotidiè effusis decidit imber aquis.
Quinta dies hilari respexit Apolline mun
dum:
Siccavitq; meam, quæ madefacta, t
gam.
Hospitium mihi sæpè dedit de furfure pa
nem:
Ipse liquor Cereris non benè coctus era
Cantharus horridior, quàm vel sunt anti
Camini:
Ollâ mendicus splendidiore bibit.
Mappa nigræ similis terræ. sed tetrior o
bis.
Impurum jacuit quo cochleare loco?

Str

Stramen erat lectus. quid? stramen sæpè negatum est:
Terra, vel è quercu scamna dedêre thorum.
O Jacobe cibo & lecto mihi gratus es hospes:
Tu reficis vires, quæ periére, meas.
Pro meritis possim si quid tibi reddere, reddam.
Intereà mihi quod das, tibi reddo; Vale.

AD MARTINUM LESCHIum Eccles. Guranæ Diaconum.

SI sua laus aliis, tua nec te fama relinquit:
Quam tibi virtutis gignit & artis honor.
Sed Martine aliàs nihil etsi laudis haberes:
Sat foret ista tibi gloria; Vir probus es.

Amans amens.

DIcitur omnis amans, & rectè dicitur amens:
Cui subdit fatuas cæca Libido faces.

Amenti

Amenti nihil est mentis; nil mentis ama-
ti.
Littera, discrimen si datur, una facit.

In obitum.
BALTH. TIMÆI, Theol
Insulo-Mariani.

C*Redere nolebam, poteram nec crede-*
nuper;
Posse mori doctos, posse moriq; pios.
Posse pios doctosq; mori, jam credo: TIMÆ-
US
Cùm non à morbis & nece liber erat.
Qui tamen arte suâ, simul & pietate p-
renni,
Nec Pietate ipsâ, nec fuit Arte minor.
Quod, quibus est pietas cordi & doctrin-
loquuntur.
Immò quod invidies non negat ipsa l-
qui.
Sed quid ago? ignoscat Pietas & Pa-
las, utramq;
Lædo, suos etenim neutra perire sinit.
Arte suâ vivit teste Orbe, Timæus in Orb-
Vt non vividior quis sit ab arte suâ.

In pietate suâ super æthere vivit in ævum:
Ejus ubi pietas fulget, ut astra Poli.
Hâc vel hinc igitur pia Gens & Phœbica: vivam
Et pietate tuâ te fore, & arte tuâ.

AD ANDREAM CELICHIUM Symmystam Lubenat.

Mitto legenda tibi mea carmina, suavis Ocelle.
Carmina tu Soceri mitte legenda tui.
Furio. tibi restituam, cum legero, gratus.
Sed retinere potes tu mea; sunto tua.

GEORGIO ZERTLINGIO, SIL.

Tempus idem patriæ quondam nos abstulit oris.
Restituit patriæ nunc quoq; tempus idem.
Vius uterq; abiit; rediit morbosus uterque.
O utinam redeat pristina cuiq; salus!

JOHAN. TIMÆO; Theolog. Fraunstad. P.L.

Exhibuit mihi prima sacras, tua SPOR-
TULA *Micas:*
Quas Sale conspersit, JANE, *Miner-*
suo.
Dulcior esus erat quàvis dulcedine melli-
Ipsa quod alveolo Dædala ponit apis.
Juppiter Ambrosiam; tu micas porrige t-
les.
Sim conviva tuus: nauseat esca jovis.

Tumulus

MARIÆ UBISCHERIÆ,
Georgi Thebesi, Past. Pilgram-
dorff. Conjugis.

GEntis Ubischeriæ non infima fam-
sub isthac
Corporis exuvias mole Maria tego.
Quinq; peracta mihi sunt lustra, ubi ge-
jugali
Conjux THEBESII *fio, jubente De-*
Quo cum septenos egi concorditer anno-
Mensurnumq; ubi bis Luna pe-git
iter.

In

licito peperi ſuaviſſima pignora lecto,
Filiolasq; duas, filiolosq; duos.
orum alter cœli mihi prævius ivit ad Aſtra.
Annus ut effluxit, morte perempta ſequor.
eminei ſpeculum ſexûs, & ſuave mariti
Undiq; delicium me pia fama vocat.
aus hæc magna ſat eſt. major tamen illa; quòd heres
In gremio noſtri ſancta quieſco DEI.

Saxo ſepulchrali inſculptum, manu Mariti.

HÆc fidei monumenta tibi de marmore facta,
Ex voto poſui fida Marita tuo.
urabunt equidem. ſed non tamen omne per ævum:
Mundus, & in mundo marmora cuncta ruent.
Perpetuum ſub corde meo tibi marmor habetur,
Quottidiana tui mentio, amorq; tui.

In Album.

M. JOH. JACOBI CRUSII
Argent.

EX animo fido tibi fidi pectoris arrhan
Poscis: ut à reliquis illa locata Tu
Obsequor. ecce tibi CRUSI laudabilis a
rham!
Quâ coram sanctâ cor tibi sacro Fide
Nobiliore quidem te munere censeo
gnum:
Sed quid ego majus dem tibi corde da

Auxilium meum à DOMINO:

GEORGII STOLZIIC
benatis Sil. Symbolum.

FErt Homo nullus opem: nec opem m
Dæmonis opto.
Indignus ille opis est: cùm juvat iste,
cat.
Auxilium à DOMINO, cui vis, & pr
Voluntas
Semper. ab Hôc homini provenit
Bonum.

AD P. TANTZMANUM.

CVr TANTZMANE tibi nomen tribuére Choréæ?
Ne saltare queas, sæpè podágra facit.

AD TOBIAM PRÆTOREM,

QVisquis adulanti faciles accommodas aures:
Ille ovis est, prebens ubera plena lupo.

NICOL. HENELIO. J. U. D:

AD sacra Parnassi me Secretaria duxit
Argentina oculus mundi, amor Aonidum.
Tunc alias animatus eram quoq; visere terras.
Sed renuunt iter hoc Fata severa meum,
Ille reluctari Superis, planè impia res est:
Quam celeri semper pœna secuta pede.
Si quicquam fortassè tuo vis scribere Fratri,
Scribe. tuis jussis Plejade natus ero.

In Paulum, paulæ fidei.

NEmo novæ sponsæ sic inflammatur igne:
Incaluit quanto Paulus amore mei.
Sed qui primus erat, quando esuriebam, amicus:
Jam me nec novit, dum satur est, amat.

AD TOBIAM WAGNERUM, Reipub. Rautenatis Prætorem.

NUper pollicitus mihi tuorum
Par insigne Librorum es optimorum,
Pro Libris tua Liberis marita
Impleat steriles domos inane
Votum est, inquis: & objicis senectam?
Atqui non fieri potest, TOBIA:
Ut quid non fieri queat velitq;,
Quod noster fieri jubet JEHOVA:
Quantumvis Ratio, magistra inepta
Verbi cælitus hic reclamet. annnon
Sara & Thariades thoro in senili
Nato filiolo repullularunt?

Fido JEHOVÆ Soli.

FRID.

FRID. JENCKI, Sil Symbol.

NOn benè tuta fides, infido fidere mundo:
Sed fido DOMINO fidere, tuta fides.
Totus hic est oculus. Videt omne, quod hostis iniq;
Tentat in exitium, mens scelerata, meum.
Hic totus Pes est; Manus est hic totus: hic adstat:
Hic hunc, qui me vult ense ferire, ferit.
Tutus ut effugiam Diras trucis hostis & iras:
Fidus ab æthereâ me tegit arce DEVS.

AD PATRIAM.

RUTA, salutari de Rutâ dicta; pusillus
Sis locus, es magnâ charior urbe mihi.
Ecquid adhuc memor es nostri, velut antè fuisti?
Nam tua progenies; nam tua fama sumus.
Hactenus Argyropæ colui Sacraria Phœbi:
Sed potui nunquam non memor esse tui.

Immò tuus vapor est alieno gratior igne.
Vsq; tui in nostro pectore mansit amo
Iam tua tecta redux subeo. tu suscipe V.
tem:
Amplexuq; tuo præsidioq; juva.
Si placeat Superis, inter tua brachia viva
Si faveas, in te fata subire juvat.

AD JOH. MENCELIUM
Phil. & Med. D. Phys. Glogov. Ordinar.

Non ego credideram fore, quod nu
lugeo factum,
MENCELIô *medici gloria prima cho*
Argentina vale, cùm dixi: atq; udus o
los
Fertile deserui puppe natante Solum
Sperabam incolumes equidem reperire
rentes.
Sed spes res nihili facta, gravisq; dolo
Quartana excussit febris membra alg
matris:
Vmbram hominis dicunt esse, homine
què negant.

l neq; de nihilo torqueri hoc impete, donec
Quartò iterat solitas candida Lunæ vias,
ræsertim in Senio; vires exhaurit, & umbram
Efficit ipsum hominem, Persephonæq; lucrum.
Qui prohibere potes, prohibe tormenta caloris.
Sponte suâ vertit terga febrile gelu.
alva dabit Gallum genitrix: ego carmina mittam:
Ne careat precio cura laborq; suo.

MULIER.

V*Arro, tibi dicta est mulier, quasi mollior aër.*
Quis credat? duro ex osse creata viri est,

AD JOH. BAUMANUM, Senior. Pastorem Rautenatem.

B*AUMANE, è cathedrâ fecisti publica vota,*
Proq; meis studiis, proq; salute meâ.

Vota quod audierit Deus, angelicâq; ph
lange
Ad patrios fuerit me comitatus agros,
Concine nunc etiam laudum præconia, ca
Elicitur major gratia grato animo.
Officio officium tibi si persolvere possum:
Non ullâ deëro parte vel arte tibi.

Symbolum
HENRICI SCULTETI. S
Vicisse voluptatem voluptas
maxima.

SIt tibi discipulisq; tuis Epicure, Volupt
Posse Voluptatis mollia castra seq
Mens mea tota tuæ menti est aversa. Vo
ptas;
Posse voluptatem vincere, summa m
hi.
Parva, immò nulla est, quam tu venera
voluptas.
Aut si est. porcorum est. vis Epicure p
bem?

Li

uce vel in mediâ tibi vis lucem esse probari.

Quod cæcus videat, cur ratione probem ?

D ANDREAM GUNTHERUM Olsnâ-Sil.

HOras ante duas redii sub mœnia BREGÆ.

Quid meus, ajebam, svavis amator agit?

Vivit adhuc GUNTHERUS ? agit feliciter, ajunt.

Iuppiter! in fibrù gaudia quanta meis.

Accubui mensæ: sed erant præcordia tecum.

Svaviter & tecum viscera visa loqui.

Adsis, ut videam te: quid mea gaudia differs?

Hei morior! nisi te videro, dulce caput.

AD CASPAR. CUNRADUM, Phil. & Med. D. P. L. C.

ME reducem CUNRADE vides. sed forte sinistrâ.

Namq; gemit durâ sub cruce nostra caro.

Virga paterna Dei est; merui quam crim-
nis ausu.
Et scio, quod dignus sim graviore mal[o]
Si DEus adspiciat me, non se: quis sine la[be]
est?
Agnosco culpam confiteorq; meam.
Agnita culpa DEum facilem placidum[que]
meretur.
Et placidum faciet agnita culpa mihi.
Junge tuas nostris precibus, revocaq; [sa-]
lutem:
Illa mihi ut reduci sit quoq; Diva redu[x].

M. MELCHIOREM ECCA[R-]
dum, Theol. & Superintend.
Olsnens.

C*Um me* BREGA *aleret quondam, n[u-]*
tricula Phœbi:
Mittendi schedulas copia multa fuit.
Scripsimus alterno calamo; Vir Clare, [li-]
bellas:
Thespis & adstrictum mutua lusit op[us].
Hactenus obsilui: tua nec mihi charta sal[utem]
Dixit, ubi Rheni Doris amata mihi.
Multivii flexus nos impediere: nec illuc
Semper adest, manuum qui monum[en-]
ta ferat.

Nunc Eccarde juvat desueta resumere plectra:
Rursus & alternas increpitare fides.
Iam nihil est, remoras quod possit gignere; postquàm
Numina me patriis restituére focis.
Scribe igitur, pronam quoties Occasio sese
Obferat, à me aderit crebra tabella tibi.
Utile si minus est; jucundum est scribere amicis:
Fœdera quos inter fecit amicus amor.

JOHAN. TURNOVIO, Theol. D. Gymnas. Thoruniens. Professori.

Accipe TURNOVI *mea carmina, quæ tibi mitto:*
Ut videas, tua quàm sint meliora meis.

CASPARO BARTHOLINO, Dano. Phil. & Med. D.

Laudatur, populos alio sub Sole calentes
Qui videt, & varia cognitione redit:

Laudatur, Sophiæ qui pergit in abdita, rerum
Eruat ut causas, quæ latuére prius.
Laudatur, medicâ qui concitur arte Machaon
Eximere è stygiâ corpora naue potest.
Laudatur, magnete suo cui Gratia mores
Illinit; ut cunctos moribus alliciat.
Laus sua cuiq; datur: sed BARTHOLINI *tibi omnis.*
Effulgent animo talia quæq; tuo.

FLAMINIO GASTONI Phil. & Med. D. Physico Gurano.

CVlta meis hucusq; fibris modò virgin umbra:
Quippè nec ullius virginis umbra fuit,
Vmbra sed umbræ, hoc est; nihil hæc mi culta puella est.
Aut si aliquam placet hanc esse putare puta
Nomine duntaxat, vel nostro carmin utrumq;
Sustuleris: fuit, est, atq; erit illa nihil.
Vi

Dixi autem hac nullâ, velut ullâ, virgine felix:
Nil mihi curarum fictus inussit amor.
Nunc ubi reverâ cupio procus esse; dolores
Et curas varias hæc nova cura facit.
Nunc hoc, nunc istud, mox & me macerat illud.
Illud & istud & hoc pertolerare, grave est.
Conjugium, multi dicunt, finire dolores.
Nescio. si svades talia, GASTO, sequar.

AD BARTHOL. FERSIUM, Sil. Ecclesiast. Hennigsdorff.

ESse quid hoc dicam? veteres contemnis amores,
Oblitus fidei, pollicitiq́; tui?
Heermannus (tua vox erat hæc) ubi venerit hospes:
Primus ego læto gutture χαῖρε canam.
Veni, sed nondum cecinisti χαῖρε. quid hoc est?
χαῖρε ferè exspecto quattuor hebdomadas.

Nunc

Nunc abitum, FERSI, *meditor. nisi dixeri*
isto
Vespere χαῖρε *mihi: cras tibi dico, Vale*

M. JOHAN. PARITII, Theolog
Uratislav. Symbolum,
Fiat divina voluntas.

QUæ vult-cunq; facit: quæcunq; faci
facit illa
Ille Panomphæus sat benè cuncta DEu
Sauciat & sanat; premit & rursum erigi
immò
Opprimit hunc iterùm, sauciat hunc it
rùm.
Et tamen illius semper laudanda volunta
Dulcia seu tribuat, seu det amara m
hi.
Nam nec amara DEus mihi, nec mihi du
cia confert:
Utraq; nî pariter plena salute fluant.
Sorte in utrâq; igitur dico: benedicta volu
tas
Sit semper Domini, qui facit ista, mei.

Nuptiis secundis.

AN-

ANDREÆ FREUDENHAMERI, Theologi & Superintend. Falckenberg.

TRiste malum quòd sit mulier, quis
furcifer inquit?
Sponse probas, quòd sit fœmina suave
bonum.
Jamq; tua Lachesis rupit cùm lina marita:
Et gemitu & lacrumis pœnè necatus eras.
Ac ne prorsus eas glaciale cadaver ad Umbras:
Igne novo renovas frigida pacta thori.
Si mala res mulier foret; ecquis funera ploret?
Quis velit in luctûs quærere fine novam?
Sit benè conjugio: faveat Polytecnia lecto:
Prole thorus vigeat: lite domus careat.
Nil absit, quod adesse voves tibi, quodq; saluti est.
Et tibi nil adsit, tu quod abesse voves.
Edita si thalamo mihi virgo nubat honesto:
Hac eadem nostro vela precare thoro.

AD

AD JOHANNEM OWEN
Cambro-Brittannum, Poët. ſvaviſſ.

PErpetuus comes es, nec te ſine prandi
ſumo:
Et ſocium lateris te mea cœna videt.
Sic ODOENE tua recreat me gratia Muſa
Ut procul è manibus ponere te nequeam.
Luce ſed (ignoſcas) comes es; non nocte. Ca
mœna
Nil movet in lecto: ſed juvat alma Venu

Ut ſtem, Chriſte adſta.

M. JOH. GUNTHERI
in Illuſtr. Bregéo Gr. Lingu.
P, ſymbolum.

STandum eſt, ſed vix ſtare potes: quia lu
bricus Orbis.
Conantur multi ſtare: ſed ecce cadunt
Vita rota eſt. currente rota quis ſtabit i
orbe?
Bulla eſt, immotum cui dedit illa locum
Umbra eſt. inſtabi i ſtabilis qui ſtabit i
umbrâ.
Eſt nihil in nihilo ſtare quis ergò queat

CHR.

CHRISTE tuo auxilio, qui vult stare, indiget. aasta,
Vt stem: tu pedibus da tua fulcra meis.
Christe mihi adstiteris? nullam formido ruinam:
Vita sit ista licet Bulla, Rota, Vmbra, Nihil.

AD JOH BAUMANUM, Rauta-Sil. Scholæ patriæ Moderat.

O Quantum BAUMANE *brevi mutatus es ævo!*
Cùm patriæ egrederer limina, solus eras.
Nunc postquam redeo, vagit tibi parvulus infans.
Conjugis è labiis svavia mulsa bibis.
Hanc non invideo tibi Sortem, interrogo saltim:
Quando etiam domui sors erit ista meæ:

CHRISTOPH. FEIGIO, Consuli Rautenati & Illustr. ibidem Judicii Præsidi.

MVnus habes insigne DEI, dedit hoc tibi, qui dat
Humano generi, quæ data cuncta vides.

Ve-

Verùm ideò dedit hoc, ut haberes, quod re posses
Illi, qui vovet hoc Munus habere D
Finis hic est doni. donum si fine potiri
Debeat; eugé torum sterno, puella n est.

Eidem.

P*Isciculos Viadri captos in gurgite m* FEIGI, *ab amore ipso qui mihi ctus amor.*
Quid reddas, quæris? sociam mihi jung Gnatam.
Pisciculos aliter vendere nolo meos.

GEORG. ZERTLINGI, Juniori Sil. Tumulus.

M*Ollitur hac viridi dormit* ZER LINGIUS *urnâ;*
Mors illi non mors, sed modò grata qui
Leucoris hunc instar genetricis pavit al mnum.
Ægrotum recipit patria cum gemitu.
Nil medicina suo valuit conamine. san
Hora abitûs aderat. gestiit esse Polo.

Ch

ivus erat Christo; juvenis subit ergò theatrum
Cœli. mors properans, dos pretiosa DEI.

D JOH. LANGIUM Theol. D. Proton. Apost. Com. Pal. P. L. Canon, Glogov.

Cantillat lepido tua Musa melismata plectro,
Cabenium veniens. sed mea muta silet.
r mea mutescat, tua cur facunda sit, edam.
Tu Phœbum, tibi qui carmina dictat, habes.

Ad D. F. Amicum.

NAm quid dissimulem? meam Charillam,
'am lucem animæ meæ Charillam,
otus depereo: moriq; cogor:
'ivus nisi mutuos amores
itellexero. tu mihi Charillam,
llam blandidulam meam Charillam,
llam lucem animæ meæ Charillam,
'otes conciliare, Amice dulcis.
Hoc fac, ut facis hoc; amicum habebis
Me, dum vivo, tibi perenni gratum.

LE-

LEONHARDO à KOTWITZ,
in Köben Hereditario.

Heu morior! quid ais GOTVVITZI? *raptus ad umbras*
Est ROTKIRCHIADES? *heu morior? quid ais?*
Vox tua dulcedo fuit antè; mel antè loquuta.
Nunc lapides, tonitru & fulmen ab ore vibras
Verumnè? ille DEI *& probitatis amator obivit?*
Desine. vox tua me vulnerat; immò necat.

AH JOACH. HUBNERUM,
Magni Regis Daniæ Cancellarium.

Clarum HUBNERE *jubar Daniæ, inter lumina mundi,*
Alta quis ellogio prævolat astra tibi?
Credo Mercurium, Solem, Lunamq́ʒ, Iovemq́ʒ,
Concursum in Genesi tunc habuisse tuâ.
Divo consilii charus gravitate RUDOLPHOes:
Suada Polonorum sat tua nota Iovi.

Scit

Et mentis sapientis opes Branburgicus
HEROS:
Iudicii fruitur nobilitate tui.
Atua magna placet Daniæ prudentia REGI,
Ingenii ac genii sidera tangis ope.
Laudis adornabunt titulo tua facta Nepotes.
Quin & adorabunt nomen honore tuum.

IOHAN. KURCKIO, SIL.
Ecclesiast. Gabeliensi.

CVr viduam nolim locupletem ducere, quaris?
IANE *polite, meâ conjuge nolo regi.*
Conscendunt fulmenta thorum, quando imperat uxor.
Difficile est veteres fuste domare canes.

AD GABRIELEM à SCHMOLTZ
in Schlavvitz &c. Eq. Sil.

LVx hesterna meum transcripsit nomen in Album
Mystarum. Decimas fert hodierna dies.
Nempè

Nempè decem lamnas auri rutilantis, opi
ma
Munera, das hilari fronte, alariq; manu
Erubeo, quia non merui-neq; credo merer
Posse unquam meritis hæc tua don
meis.
Tu tamen intereà capias hæc paucula, di
cis:
Fortè olim poterunt uberiora sequi.
Si tàm larga manus tua sit; si munere tan
to
Me, tibi qui tamen haut servio mysta
beet:
Quid facient reliqui, quorum mea mess
in herbâ?
Rara avis est auri copia tanta mihi.

CHRONODISTICHON

Annum vocationis meæ continens.

FVncTIo saCra DatVr. graVIs est r
fVnctIO taLIs.
A te qVanDo VoCor, tV qVoqVé Chr
ste IVVa.

Aliud.

Cœbena en VoCor aD ſaCra. ReX ô ChrIſte IVVa: VnI
Vt tIbI LaVs; popVLo ſVrgat Vt InDe ſaLVs.

AD PANDOLUM.

Sunt, qui te ſemper mendacia dicere, dicunt.
Talia qui dicunt, dicere falſa ſolent.
Nam licet interdum mendacia, Pandole, dicis:
Interdum tamen & dicere vera ſoles.

Memoriæ. WENDESLAI à ROTKIRCH &Panthen, in Winzenberg & Henningsdorff Hered. S. C. Maj. Dapiferi qui obiit 8 Mart. An. 1611.

Quid mea Melpomene ROTKIRCHI *in funere, pullâ*
Triſtis ad exſequias ſindone cincta ferat?

Excutiat tragicos lugubri carmine fletûs:
Magnaq́ꝫ defuncti publicet acta viri.
Heu quid polliceor? mihi solvendo esse negatur.
Nam mea Melpomene nil nisi lacrimula;
Vel potius fons est lacrumarum, & vena doloris:
Perpetuæ lacrumæ largiter undè fluunt.
Si dare quid possim, ut dare plurima debeo: quid dem,
Has præter lacrumas, præter & hos gemitus?

Aliud.

PRoh dolor? ecquid ago? lacrumas promitto, sed unde?
Lacruma sim quamvis, non lacrumare queo.
Nam dolor usq́ꝫ adeò capit augmen & incrementum:
Materiam ille oculis ut neget ad lacrumas.
Ergò mihi lacrumas quoniam dare, non datur, ullas.
Et gemitus & suspiria pauca dabo.

Hunc

unc ut prætereat tumulum quicunq; viator:
Patroni memorem me sciat esse mei.

HRONODISTICHON.

WenCeslLaVs VbI In CæLos RotkIrCHIVs Ibat:
OCtaVVs rVtILIs MartIVs Ibat eqVIs.

D GREGOR. FIB NGIUM, Pastorem Deichslaviens.

Carmine mellisono vocor ad sacra festa, FIBINGI:
Dum tua TANTZMANO filia nupta datur.
or agnosco tuum, quod abundat amore. vicissim
Nosce meum. si sim salvus, adesse volo.

M. JOH. BRACHMANO, scholæ Guranæ Rectori.

Pignora sex thalami dederat genitoribus olim,
Qui dedit omne bonum, qui dabit omne, DEUS.
Natos & natas sed qui dedit, ille recepit.
Solus ego generis resto columna mei.
Ne stirps intereat, fiam BRACHMANE *maritus,*
Forté meum crescet me genitore Genus.

AD CASP. MUMHARDUM, Reipubl. Rautenat. Notarium.

Virgo mihi visa est, non displicet. ore modesta,
Corde pia, & patriâ non inhonesta domo.
Hanc amo; me redamat. placet hanc mihi jungere solam
Hæc socium tacito me sibi corde vovet.
Nulla reluctatur mens parte ab utrâq; parentum.
Nec consanguinitas hîc sua vota negat.
Res commissa Deo est, duce quo proba ducitur uxor:
Si benè, si faustè ducitur ulla viro.

Hi

Hic si conjugii sit nodus utrimq; salubris:
Sidere procedet prosperiore totus.
Sin minus; haut unquam fiet: fieriq; nec opto.
Omne placet, quicquid fit moderante DEO.

BARTHOL. ROESLERO, Ecclesiast. in Koppitz.

NUlla celebrantur pronis Hymeneia Divis:
Juno ubi non thalamum sit meditata novum.
Teutones hoc ajunt. quid, si RÖSLERE *peractis*
His, struat illa mihi Iuno benigna thorum?

AD MELCH. HENOCKIUM, Scholæ Cöbenianæ p.t. Moderat.

QVa mea sit Charibella, hodie non dico roganti.
Cras dicam. illa DEI *nobile munus erit.*

Ad Eundem.

Mittimus ex horto tibi Vir oculissim[e]
nostro,
Unica quæ cerasus munera prima tulit
Cetera vel viduæ, tua vel gallina comédit
Hanc quo supplicio discruciáre velis?
Qui gladio necat, hic gladio de jure neca-
tur.
Quæ cerasa édit, an hæc digna, ut eda-
tur, erit?

In intempestivè curiosum.

Hanc aliamve mihi quid quæris, Stul-
te, puellam?
Cur te vana mei sollicitudo coquit?
Me curat DEVS. hic qualis sim conjuge di-
gnus;
Et qualis me sit conjuge digna, videt.
Immò dies præsens Christo duce jungi[t]
Amicam:
Spondet & hanc cordi svave malagm[a]
meo.
Nolite ó juvenes vetularum credere nugi[s]
Cælitùs apta datur, si qua marita datur.

AD

AD FLAMINIUM GASTONEM Medicum CL. de obitu Euphrosynæ filiæ dilectiss.

Filiolam lugesné tuam, tristissime GASTO:
Eripuit nuper quam Libitina tibi?
Justa quidem luctûs caussa est. nam chara parenti
Si moritur Suboles, pungit acerba jecur.
At quoq; lætitiæ caussa est; & justior illâ.
Vivit enim, & superos filia salva videt.
Nata, ut obiret, erat. denata, ut viveret, & ne
Semper obire necem posset, obire necem
De subitò voluit prudens. quiuam, obsecro, felix
Cras demum esse velit, si queat esse hodiè?
Tempora multa brevi implevit. nihil abfuit illi:
Parva ætate, animo tota senilis erat.
Atq; hinc vita fugax erat illi. in corpore segnes
Ignea vis genii non amat ulla moras.

Luctum igitur moderare tuum! qui pecto-
re magno
Magna facis; videas, ut quoq; magna fe-
ras.

AD MELCH. AGRICOLAM P. L. C:

HActenus & Musæ & Veneri simul
oscula fixi.
Vixit ad obsequium sed Dea neutra
meum.
Musa parum; Charibella parum mihi risit
amatrix.
Pectora sed nolo dimidiata procus.
Transfuga deserui, Musæ delubra parum-
per.
Iungitur interea tota puella mihi.
Caussam, quæ latuit priùs, hanc modò su-
spicor, uno
Tempore nec possunt me, nec amare vo-
lunt.
Vtraq; chara mihi. neutram dessperno. li-
tabo
Luce tibi Pallas; sed tibi nocte Venus.

AD PETRUM SCULTETUM, Diacon, Neostad:

Vir-

Virgineâ caput hoc mihi vinxit Apollo
coronâ.
Et nunc Eusebie sponsa jugata mihi.
Vtraq; Sors cessit tibi. Circum tempora
laurus
Serpit: & Eusebie jam sociata tibi.
Munere me tamen anticipas utroq; : Ioca-
ris
Mecum ita perlepido Carmine, PETRE,
tuo.
Si me prævenias, inquis, vice tertiâ, harenâ
Scilicet in Veneris: terear esse virum.
Provocor hic etiam tibi? non hîc spero tri-
umphum:
Nam tua nota tibi est sponsa: ubi nostra
volat?
Sed neq; me tamen hæc terrent tua verba.
benignis
Juno aderit superis, experiére virum.

AD THEODORAM FEI-GIAM

Serta novo de flore mihi lepidissima
mittis,
Omni floridior flore Puella, mihi.

Accipio gratus. sed & hôc beo munere flores,
O flos & puræ virginitatis honor.
Ne, tua quos légit florum manus æmula possint,
Deflorere ullo temporis articulo.
Quod datur agricolis, marcescit inutile sertum,
Vatibus æternùm serta ligata virent.

IN ANDREÆ CAVEARI, Cõbenatis Silef. Philothecam.

NEc cuivis, neq; soli uni, neq; fideri nulli,
Tutum est. qui sapis, hîc utere judicio.

WOLFGANGO GASTONI Sil. Medico.

GASTO, te juvenem credit, qui noverit annos:
Vix credit, canos si videt ille tuos.
Cani doctrinam juvenili in corpore produnt:
Quâ poteris quemvis æquiparare Senem.

AD MELCHIOREM HENOCkium, Scholæ Oenopolitanæ M.

Tritus

TRitus hic est sermo; Fato connubia fiunt.
Testor id exemplo, quod loquor, ipse meo.
Eligit hanc primus: sed & illam destinat alter:
Tertius, ista tibi est commoda, svasor ait.
Hæc mihi nec virgo sociata, nec illa, nec ista
Fortè meo renuit nulla calere thoro.
Fata repugnarunt, aliamq; dedére maritam:
De quâ spes animo non erat ulla meo.
Bile tumēt aliqui, fatuâq; coquūtur ab irâ
Stulticiam produnt hac ratione suam.
Quis sibi vi rapiat sociam, vel fraude, vel astu?
Omniboni dos est fœmina casta DEI:
Excutiant alto, si possint, Numen Olympo:
Hujus ope hæc lecto lecta puella meo.

Pandolo.

QVare non habeas domi maritam,
Frustra miror. habes coquā venustā.

FLAMIN. GASTONI, Medico Celeberrimo.

GASTO potes varior medicinâ tollere morbos:
Vt tibi vix similem nostra Silesis alat.

Vulnerat innocuum me ſæva novacula
Momi.
Omnem animi mentem cuſpis acuta
ferit.
Pharmaca mitte mihi, ſed quid deſidero? contra
Morſus Archilochi nulla medela valet.
Gratia me Chriſti juvat, & mens conſcia
recti.
Detractor Satanam geſtat in ore meum.

JOHAN. HEERMANNI

EPIGRAMMATUM

LIBER VII.

In obitum.

CAROLI, DUCIS MUNSTER-bergens. & Olsens. &c. Supremi Silesiar. Præfecti.

CAROLUS *occubuit, Dux & Silesidos Atlas.*
Patria nunc meritò corruitura tremit.
Magne DEUS, cæli & terræ qui ponde-fulcis,
Tu patriæ fulcrum suffice tale; sat est.

In Eundem.

V*Erus in hoc tumulo situs est Patr. Pater. immò*
Humani generis nobile delicium.
Vis illustre tamen cognoscere nomen? addam.
Princeps Silesiæ CAROLUS, *Orbis honor*

Tumulus.

ANNÆ-MARIÆ SCOPPIA-DOS, JOAN. à NOSTITZ & Noes IN Gross-& kleinstrentz &c. Capitan. VVolaviens. Maritæ desideratiss.

HE-

HEROINA Solo Poloq; grata
Hic cubo. at gemitum audio sub Vrnâ,
Quanquam mortua. linteum madescit.
Agnosco lacrumas mei Mariti.
Audi nî tibi sit grave ac molestum.
Conjux optime. Verba pauca in aures
Dicam. quid querulare tristis? an me?
Frustrà es. scis ubi sim. beata vivo
Mors non supplicium, sed est tributum.
An vitam viduam? nec hanc doleto.
Curat te viduorum & orphanorum
Curator DEVS, ipsa jam praivi.
Praivi, haut perii sequere. & omnis
Tecum progenies, sequetur, ex me
Olim prosata. liberi & nepotes
Reddentur mihi morte dissoluti.
O grata oscula & alloquutiones,
Quibus nos recreabimus! dolorem
Expellas igitur, moriq; discas:
Nec mihi invideas Polum & salutem,
Si me fidus amas, ut antè amâsti.
Fatum plura loqui vetat. quieti
Me componam iterum, Vale atq; Salve!

AD GRYLLUM.

Scri-

SCribere longa nimis me Grylle epigrammata, dicis.
Nulla facis. tua quàm sunt breviora meis!

AD LEONHARD. à KOTwitz, in Köben Hereditarium.

EXul adest, Christi servus, LEONHARDE, merentem
Si potes, ut potes, hunc ære juvare, juva.
Restituet Domini bonitas tibi, non sine quæstu.
Tradita pauperibus munera, fænus agunt.

AD SIGISMUNDUM à NIBELschitz in Groß- & Klein Gaffron, & Alten VVolavv Hered. novum Ducatûs VVolaviens. Capitan.

PRæ foribus novus annus adest. dare vota requirit
Mos, Amor, atq; novus, qui tibi fulget, Honos.
Ergò tibi pro more precor, novus adsit ut annus,
Quàm vetus effluxit, prosperiore gradu.

Bel-

Ilula progenies patrii nascatur imago
Corporis atq; animi: sic meus optat amor.
Voto tibi cedat Honor: tibi. quicquid honori
Debetur, tribuat non-periturus Honor.

SEBASTIANUS à KOTWITZ, & Kôben in Schittlavv & Lancken Hered. piè defunctus, ad superstites.

QVod tu nunc es, eram. Domum Quietis,
Quâ ROTKIRCHIADES *cubat, sequebar*
Nuper. jam praeo cadaver: & tu
Me lugens sequeris. mori ergò discas.
Nescis; quomodo, quando, ubi locorum,
Te mors inveniat. beatus ille,
Omni qui fuerit paratus horâ.
Hac tecum meditare: ego quiescam.

Ejusd. ultimum Vale, AD LEONHARDUM, Fratrem mellitiss.

Quid

QVid tibi dissimulem, Frater par[s]
tera cordis?
Migrandum est. Deus hinc me [s]
astra vocat.
Magnus utriq; amor & fraterno m[i]
amore est.
Mors tamen ex oculis me rapit atra[t]
Ne LEONHARDE fleas, iterum nos ju[n]
olympus.
Restituet tibi me, te mihi sancta Tr[ias]
Credo meam hanc Helenam tibi, char[a]
pignora lecti
Esto Pater! merces sit DEVS am[p]
vale!

Respondet Fratri Frater.

AH quid ais Frater? tua vox mihi d[ul]
cior Hyblâ
Antè fuit, sed nunc heu! mera fella [so]
nat.
Est ita. noster amor fuit omni major an[te]
re:
Lis exorta tibi nulla, nec ulla mihi.
At quò major amor, dolor hôc quoq; gra[vi]
dior: heu heu!
Qu[ù]m tu ocule une oculis eripuére m[i]

Er

[R]igit hoc unũ me, quòd sociabimur astris.
O quando veniet tam mihi grata dies?
[C]redita curabo, en dextram! ah oculissime Frater,
Vltima adhuc tantùm hæc oscula sume. Vale.

Chronodistichon.

LVX AprILIs VbI VICesIMa noua refVLsIt:
CottVVICIVs patrII transVoLat astra poLI.

ALIUD.

SArCophago qVIs In hoC? est CottVVICII VMbra SebastI.
ViVet oVans VIrtVs: SpIrItVs astra CoLIt.

AD MATTHIAM HOE, ab Hoënegg, S. Theol. D. concionatorem Dresdæ Aulicum.

ELegi sociam lecti mihi, consule natam:
Qui gerit in patriâ fræna, regitq́ue meâ.
Tu votis accurre tuis devotus: ut hæc sint
Fœdera, quæ mea sunt prima, y secunda mihi.

Sintq́ue

*Sintq; secundis adeo, sit opus ne quando-
cundis.*
Hæc mihi si voveas talia; multa vove

AD CASPARUM CUNRA-
dum, Phil. & Med. D. P. L. C.

O*Bsequor eugé tuis monitis* CUNRA
puellam
Eligo, cui dico; tu mihi sola Venus.
*Elige tu contrà tibi ; quo mihi carmi
ausu.*
*Gratatum venias. fortè Epigrami
placet ?*
*Quod-placeat tibi-cunq;, placet mihi: s
ut & illud,*
Quod tibi displiceat, displicet omne mi
*Usq; adeò tibi me, mihi te conglutinat
dor:*
*Quem sacra Callicpe nutrit , & al
Fides.*
HOSSMANNUS, *Themidos splendor sua
ta caddat*
Pronus, ero Musis gratus utriq; meis.

AI

D DAVIDEM RENISCH,
Theol. Uratisl. & Gymnas.
Elisabethani P.

TRansfixit subitus me fortè Cupidinis arcus.
Ecce, meum quanto vulnere pectus hiat!
ENISCHI, *precor à Medicis cataplasma: negatur.*
E Veneris, dicunt, pyxide certa salus.
Dat cataplasma Venus, cordi quod & adplicat ipsa.
Fiat ut optatâ sorte, precare mihi.

Tumulus.

SIGSMUNDULI, MARTINI
Harresii, Pastoris Grosglä-
sersdorff Fil.

IN *Mundum immundum immundus* SIGSMUNDULUS *intro.*
Mundor ab ingenitis sordibus, amne sacro.
Rursum im munditie ne polluar, exeo mundum:
Mundus & in mundi templa remigro Poli.

Idem defunctus ad Parentes.

Ne

NE defletete meos abitûs, pia corda, Pa-
rentes.
Hinc abii: quem mens vestra perire pu-
tat.
In gremio Christi ludo, & sacra Numina
laudo:
Ac penes Aligeros plaudo perenne juba.
Non alius; vobis qui me dedit, abstulit
Idem,
Iure bono, in cœlis reddet ovante manu.
O benè me! mundo qui raptus, & additu
astris.
Non lacrumare; DEUM sed celebrare
decet.

In Ædes
PETRI PFORTNERI, Consu-
lis Kæbenens. recens exstructas.

HAnc posuisse domum, DOMINI be-
nedictio donat.
Hanc Domino gratâ mente redono do-
mum.
Mars alias alibi tegat & præmuniat ædes:
Protegit hanc Dominus, tuta erit ergo
domus.

M. MEL. REDLICHIO, Archidiacono
Gurano.

Sapè

Æpé quod audieram, video, te Musa
poëtam,
REDLICHI, Laurûs vel sine frunde
probat.
rsiculi mel sunt, quos mittis Apolline
plenos:
Dulcius aut si quid mittere melle queas.
urio plures. facili gratare Camænâ,
Quem mihi jam sternit Iuno beata tho-
rum.
venies iterum quôvis me tempore prom-
ptum.
Inservire tuis & tibi, pronus ero.
ponte suapte mihi qui mittit amicus ami-
co:
Quâ mihi fronte neget carmina; quan-
do rogo?

AD M. BASIL. CZOLNERUM,
Medicum, & Gymnasii Tho-
runiens. ConR.

TV Medicus; vates ego sum CZÖLNE-
RE quid obstat,
Quò minùs inter nos fœdera pangat
Amor?
Nō semper similis similes sibi quærit amicos
Inter inæquales Gratia sæpé coit.

Quis

Quis nescit, figulum figulus quòd morde
alter?
Sæpè faber quòd sit pestis acerba fabr
Quemve latet, virtus contraria, compe
firmo,
Omnia quod societ corpora mixta su
Dissimili varioq; canit discrimine vocu
Musica. sed quænam svavior harmoni
Ergò licet medicâ sis clarus ab arte; poët
Vilis ego: stabilis nos tamen arct
amor.

M. JOH. BRACHMANN
Scholæ Guranæ R.

COSBENII *celebrant sua cras Enc*
nia cives.
Me BRACHMANE *decet vivere more lo*
Hospes adesto tuâ cum conjuge. cœna par
tur:
Potus erit Zythus, sed cibus Anser erit
Anser, (ais) tostus bona vina requirit? a
esdum.
Et modicum vini nostra lagena dabit.
Pisciculos mavis? hos nec tibi mensa neg
bit.
Fortè placenta placet? cuncta parat
veni!

SA

[S]AMUELI LATOCHIO, P.L.C. Ecclesiast. in Schwanwitz.

MUlti, quæ mea sit svavis Charibella, frequente
Carminis accentu nobilitata, rogant.
[N]um Dea, num sit homo, vel quid sit, non ego novi
Hactenus. ast hodiè, quæ sit amica, liquet.
[E]ffigiem sculpsi: inspirarunt Numina vitam.
Dorothêe lateris Costa futura mei est.
[A]usta precare novo, dilecte Poëta, cubili.
Fata benigna mihi per pia vota facis.

Epitaphium [A]NNÆ-MARIÆ, JOH. BAUMANNI Pastoris in Polckwitz Fil.

ANna-Maria ego sum, spes illa secunda parentum:
Prima sed illorum filia nata thoro.
[V]ix orior, morior, breve quis non dixerit ævum,
Quod vixi? cœlum sed sine labe peto.

Tu mi Lector abi, totus qui crimine sor
Deplora culpæ spurca venena tuæ.
Si mors nec viridi soleat fera parcere ra
Quid censes? an non arida ligna secet

AD JOHAN. PERFER
Bibliopol. Vratisl.

A*Spera qui perfert, super astra per a*
fertur.
Qui bene fert, fertur. qui ferit, ille p

M. CHRISTOPH. COCH
P. L. Medico Lubenati.

O*Mnibus ad gustum tua sunt me*
mata cocta:
Ut vix sint alibi fercula grata
gis.
Unde tuis veniat, COCHI, sapor i
bellis,
Dicam. tu Phœbi es Pieridumq́ Co

In intempestiv. Carptorem.

Ur, quasi longa nimis fuerit mea concio, carpis?
Longa fuit, fateor; sed quoq; clara fuit.
brevior licet es, tamen esse obscurior audis.
Quæ mea sunt, capiunt: quæ tua, nemo capit.

D FRANCISC. PFÖRTNERUM, Notarium Novoforens. Sponsum.

Audo animum FRANCISCE tuum dulcissime, mecum
Præ viduâ placeat quod pia virgo tibi.
rgo regi potis est placidi mulcedine verbi:
Currat ut ad placitum crure volante tuum.
d vidua est primi mores adsveta mariti:
Difficul ad mutûs redditur apta novos.
mmus amor thalamo debetur, nulla sed inter
Impariles alitur gratia, teste Sopho.

Perpetuare suum juvenis vult stemma. antè

Quæ toties peperit, perpetuare nequit.

Jura thori poscunt; domino subjecta si[t u]xor.

Uxoris Caput est Vir, Dominusq́; dom[...]

Sed juvenis viduam qui amat, hoc vidua[...] honore.

Nempè decet juvenes, ut venerentu[r ...]num.

Gaudet amor formâ, quâ virgo decora [tri]umphat

Præ viduâ. Et breviter cuncta quis [...] meret?

Laudo tuum ergò animum FRANCI[...] oculissime: mecum

Præ viduâ placeat quod pia virgo tib[i].

Aulo Statuario.

UT *lapides homini similes sint ef[fi]cis, Aule.*

Sed te homini similem, dic mihi, qu[a]ndo facis?

M. AL[...]

AD ADAMO FREITAGIO,
Gymnaſ. Thorunienſ. Græcæ
L. Prof.

Græcia FREITAGI tibi non eſt viſa; ſed iſtâ
Qui ſuperet linguâ te, neq; Græcus erit.

AD PETRUM SCULTETUM,
P.L. Diacon. Neoſtad.
Sponſum.

QVæ voveant tibi fauſta, rogas me carmina, PETRE.
Carmina te, voveant quæ mihi fauſta, rogo.
Ur eademq; mihi eſt, tibi quæ fortuna, cubili
Lecta marita tuo, lecta marita meo.
Accipe, quæ cupis, ex imis pia vota medullis
Redde mihi ex imis efflua vota fibris.
Plura mihi nequeo, mihi quàm precor ipſe, precari.
Nec leviora tibi candidus optat amor.
Tu contrà voveas mihi, quæ tibi cunq; vovebis.
Talia ſi voveas, ſat mihi fauſta voves.

Votum nuptiale.

OPto mihi lectum sine luctu, non s
fructu.
Et sine sit luctu, non sine fruge tuus.
Nascatur precor innumerus mihi nomi
hæres.
Nominis hæredes tu quoq; cerne tuos.
Esto mihi, esto Meæ, esto Meis, quod ubiq; s
lutum est.
Hoc precor esto Tuis, esto Tibi, esto T
Me tandem, atq; Meam, atq; Meos DE
inserat astris.
Inserat his tandem teq; Tuam atq; Tu
Tollo meas; tu tolle tuas ad sidera palmas
Ut DEUS has jubeat pondus habere p
ces.

BALTHAS. NIGRINO, Eccl
Ranckoviano.

PLautus ubi tuus est, poliit quem Fran
Columba?
Immò NIGRINE meus, dic mihi, Pla
tus ubi?
Emis

disti. tuus est. mihi sed quia sponte dedisti:
Incipit esse meus; desinit esse tuus.
Si meus ut planè & plenè, transmitte rogatus:
Ut grates hilari carmine gratus agam.

AD GARRULUM.

UXorem duxi. sic semper Garrule garris:
Si videas me uno terve quaterve die.
Credimus. uxorem duxisti. vidimus. à te,
Nam toties, quoties ebria, ducta domum est.

M. GEORGIO KIRSTENIO, Scholæ Olsnéæ in SiL. Rectori.

DIsplicet ille, sibi multos qui quærit amicos:
Nec, sibi qui nullos quærit amare, placet.
Quære bonos paucosq; tibi, quos ornat Honestas,
Virtusq; æterno carmine digna cani.

Candor ad Aonios sedet, & pia Gratia f[...]
tes.
Musa sodalitium, non tibi mensa juge[...]
Pocula quos nectunt, illos quoq; pocula [...]
vunt.
Absq; fide non est, quam dat Apollo [...]
dem.
Glorior hoc versu. jubet experientia, dura
KIRSTENI, à Musis nostra quòd e[...]
fides.

AD FLAMIN. GASTONEM, Medicum celeberrimum.

HOSPES *es in mundo, GASTO. n[...]*
nomine tantùm
Sed quoq; re. mundus non domus; hosp[...]
tium est.
Quæ tua sunt, aliis post ultima funera lin[...]
ques:
Ut linquent alii post sua fata aliis.
Exitus è mundi Lare nos manet omnib[...]
horis.
Introitus vitæ sed melioris erit.
Quis mundana igitur curet, dum propri[...]
non sunt?
Et quis non linquat, si meliora capit?

A[...]

LEONHARD à KOTWITZ, in Köben Hæreditarium.

QVinq; inter vivos sum lustra emensus
& annum.
Consortem thalami quærere jussit Amor.
uam præsente die Christus mihi ducet ad
aram.
Sit, precor, hæc felix copula, suave jugum!
onvivas LEONHARDE meos tua susci-
pit aula:
Et cibat hos epulis Mensæ benigna suis.
Mnemosynon, tua ne pereant benefacta, sub
Hæmo
In tabulas fidei sculpere tale lubet.
Cætera COTVVICIO sunt curæ, ubi FEI-
GIA nubit
Virgo mihi: curæ est Sponsa relicta meæ.
Quod propriâ consigno manu; pariterq; si-
gillum
Adpendo, Musis testibus atq; Fide.

AD CASPARUM à KRECK-WITZ, in Pirckendorff, Joppen-dorff, &c. Capitan. Gurens.

QVæ cecinére meo votiva poëmata L[...]
ctæ
Vates, & reliqui clari ab amore viri.
Trado legenda tibi, CAPITANEE mag[...]
Ducatûs
Gurani: ô Eratûs magne Patrone meæ.
Plena favore manus tua quæ me duxit [...]
Aram:
Bellula quâ lateri Costa jugata meo.
Cur non hæc quoq; suscipiat Syncharmat[...]
ribus,
In quibus Aoniæ bullit amœnus aquæ?
Nomina nota tibi reliquorum clara vir[...]
rum;
COTVVICII quos tunc paverat Au[...]
dape.
Cur non hos videas hilari quoq; lumine
quorum
Musa meo thalamo vela secunda vovet

WENCESLAO à ROTKIRCH
& Panthenaw, in Winzenberg.

IN thalamos Theodora meos ubi jurat a[...]
aram;
Cor Theodora mei cordis, amana Venus [...]
Ad-

Ad pares convivia, viæ neq; tædia curas,
ROTKIRCHI ô Equitum flos, patriæq; decus.
Hoc satis esse puto: tu nil Cratere corusco
Insuper & donat me tuus ille favor.
JANE cape hoc, inquis, nostri tibi pignus amoris:
Indicium grati pectoris esto mei.
Flos purus placet, & purus labor ille metalli:
Sed magè, quod mihi sit puro ab amore datus.

In poculum

MUNUS ROTKIRCHIANUM.

QUos mihi tu, donate calix, servaris in usûs?
Tu vino dignus de meliore cado.
Potabant olim generosa Falerna poëtæ:
Nunc bibit egelidas carminis autor aquas.

Sed Bacchum sapies: memini. ter nempè quotannis
Nostræ urbis proceres mittere vina solent.
Vive dator calicis ROTKIRCHI! vive Senatus
Inclutè! sit vobis gratia! uterq; meret.

NICOL. HENELIO, J.U.D.

QVi defert alios, & delatoribus aurem
Arrigit, HENELI docte, cavere potes.
Pravus uterq; vir est. Satanam gerit hic; gerit ille.
Alter in ore suo, atq; alter in aure suâ.

MEÆ DOROTHEÆ.

UXores aliqui Dominas pro more salutant.
Non ego te Dominam dico, Marita, meam.
Tu domui dominare: mihi parére memento;
Et si aliquando DEO sic placeat, párere.

Nomine pro Dominæ te cor Theodora vocabo.
Imperii illud; at hoc omen amoris habet.

In quendam irrisorem.

LÆtus ego quoties vivo cum conjuge, rodes:
Et mihi quis dederit talia jura, rogas.
Cum meretrice tuâ lætus quia, Pessime, vivis:
Te quoq; quis tibi det talia jura, rogo.
Quis tibi, quis mihi det, mihi respondebo tibiq;
Concedit DEUS hoc jus mihi; Nemo tibi.

ANDREÆ CELICHIO, Ecclesiast. Lubenati.

CELICHI, Metagrammatum meorum
Par hoc quod moveat tibi salivam,
Scribis. ingenii tui tribunal
Hic conscendit amor. reléga amorem:
Et mox quæ placuére, displicebunt.

Verbo, non verbere.

VErba regunt homines: moderantur fræna caballos.
Verbera nil prosunt, nil ubi verba juvant.

AD CANDIDUM.

ME malè velle tibi, dicis. quæ, Candide, caussa?
Hæc est: quæ mea sunt, tradere nolo tibi.
Hac ratione mihi quoq; vis malè, Candide: quænam
Candide caussa: tuas nec mihi tradis opes.

GREGORIO WERNERO SIL. in Album.

COgis in hunc tenuem VVERNERE oculissime librum:
Qui tibi vel faveant, te vel amare velint.

Si tibi par, quicunq; tibi se jungat amore:
Omnis erit stabilis, candidus omnis erit.
In te suavè sonat cordis consensus & oris.
Quisquis te gaudet fallere, fronte caret.

FLAMINIO GASTONI, Phil. & Med. D. Illustriss. Princip. Lygio-Breg. Archiatro, & ConsiL. Reipubl. Guranæ Physico Ordinario.

PRincipibus placuisse Viris, si gloria magna;
Ut magna est certè gloria; tota tua est.
Principibus Nemo Medicorum gratior. Ergò
Summus honor tuus est, Gratia summa Ducum.

JOBI à WULFEN in Madelitz & Tempelberg. Eq. March.

Tumulus.

JOBUS in hoc tumulo dormitat VVOLFIUS: olim
Qui Mahometiculis terror & horror erat.
Integritas animi; pietas erat incola cordis.
Direxit mores Gratia; verba Lepor.
Hic tamen extinctus jacet. at non omne superstes
In cælo vivit spiritus ante DEUM.
Orbe sub omnifero truculentæ spongia mortis
Æternum nequiit famæ abolere decus.

JOH. RUNDTORFIO, March. Symmystæ Cobenati.

DOctor & ut ductor populi sis, JANE; vocaris
Huc, ubi Cobenios Odera lambit agros.

Qui didicére, docent: quibus est via cognita, ducunt:
Ducere nemo aliàs, nemo docere potest.
Doctus es omne sacrum Sophos, & Sophos omne profanum.
Te bonitas Genii duxit ad omne Bonum.
Ergò docere potes, potes & jam ducere catum:
Commisit fidei quem Trias alma tuæ.
Eugè bono esto animo! cathedram conscende. precemur,
Doctor & ut ductor sit tuus ipse DEUS.

Eidem.

SIt faustum! modemnte DEO, mihi JANE fidelem
Te socium Eusebie proximat Æde sacrâ.
Collegas veneranda decet concordia. sed nunc
Rara avis est. immò mortua pænè jacet.
Proh facinus! DEVS est, DEVS est, qui puniet istos,
Quorum animi mordent, ceu rabiosa canis.

Mate-

Materiemq; aliis præbent, risúsq; jociq;:
Et dant litigio scandala prava suo.
Quid doctrina juvat, proba sit nisi vita Docentis?
Dextra quod ædificat, læva resolvit opus.
Talis echidna animos non fascinet improba nostros:
Euriali & Nisi vincat uterq; fidem.
Quilibet ut dicat, quæ cœlica jussa docemus;
Voce, fide & vitâ nos docuisse piâ.

AD CASPARUM à LEST, Eq. SiL.

QVas ambis, tibi mitto Preces. sunt munera, LESTI,
Parva. tamen cordi sunt ea grata tuo.
Si nihil artis habent, sat habent pietatis. & hæc est
Maxima caussa, quod hæc sint placitura tibi.

M. MAR-

M. MARTINO ETNERO
Guranæ Ecclesiæ
Pastori.

FActum est, quod fieri voluit Divina voluntas:
Ut semper fieri, quod jubet illa, solet.
Pastor es in patriâ primarius. hoc tibi munus
Gratulor, & voveo cælitùs omne Bonum.
Nil valet adversus Dominum. nec summa, nec ima
Regna immutabunt Numinis arbitrium.
Patria tota tibi favet, & favet inclutus Heros:
Credidit ex monitu. qui tibi templa DEI.
Immò tibi favet ipse DEUS: qui si tibi vires
Servet in incolumi corpore, cuncta dedit.

In Philothecam
BALTH. MEISNERI, Phil. & Theologi.

ORbe sub infido fidos tibi quæris amicos:
Centum accende faces, vix reperire potes.

Fraus

Fraus hodiè laus est; fel mel; mala, dulcia māla.
Vox blanditur, Have: mens fremit ima, Cave.
Tu tamen ingenuos quaris, MEISNERE, tribules?
Si reperis; Gemmam te reor esse Gygis.

ANDREÆ BAUDISI, Theol. & Superintend. Lignicens.

Tumulus.

QVisquis es. hîc consiste parùm, & lacrumare Viator:
Hic tumulus lacrumas postulat & gemitûs.
ANDREAS cubat hîc BAVDISIVS, omnia doctus:
Ille mynisterii dux, Lygiæ urbis amor.
Ferali sed in hac non solus secubat Vrnâ.
Quippè DEOS secum traxit, itemq; DEAS.
Sic, ut in hoc tumulo jaceat cum Pallade Phœbus,
Pax, Candor, Sophie, Gratia, prisca Fides.

Religio

Relligio imprimis, Pietas, Concordia, & omne,
Quod Christianum hominem Theologumq; decet.
Quî posses lacrumas cohibere tuas. bone Lector?
Tot bona cùm videas hôc tumulata Cavo?

AD MEAM DOROTHEAM.

CArmina plura mea Charibellæ scripta videbis;
Quàm Theodora tibi. cur? ibi fictus amor.
Scribere si coner nostrum, qui verus, amorem:
Non feret ille, tuo qui sedet ore, Pudor.

In Ellogia Silesica

NICOL. HENELII, J. U. D. Ducatûs Munsterberg. & Territorii Francostainens. Pro-Cancellarii,

Ellogio

ELlogio celebras, HENELI, dotibus artis
Quos dedit insignos Slesia nostra viros.
Præstitit hoc Belgis MIRÆVS nobilis autor:
Clarior hinc titulis Belgia facta suis.
Famaq; MIRÆI patulum diffusa per Orbem,
Effugit interitum; fata nec ulla timet.
Vt labor est tibi par; ita nec tibi gloria dispar.
Et nisi major erit; non erit herclè minor
Extera jam poterit Regio cognoscere, na sum
Quod quoq; Silesiis detur habere meis.
Munere quo dignus sis, hoc pro munere, quæris?
Erigit ut statuam Patria grata tibi.

In Eadem Eiusd.

ARte viri celebres quod nostrâ in Slesia nati
Floruerint omni tempore, nemo negat.
Fortè sed hoc Famæ si prædo quis impiu ausit;
Vt livore suo non caret altus honor:
Hun

Hunc librum videat: Musarum tanta videbit
Lumina, quæ Phœbi dixerit esse genus.
HENELII labor est Liber hic, qui lumine dignus:
Quem Phœbus celebrat Pieridesq́; probant.
Lumine perpetuo qui scripta hæc digna negabit:
Hic penitùs nullo lumine dignus erit.

In Eadem.

ELlogio dignos dignè describis, HENELI,
Slesia quos peperit mater amica, viros.
Omnes dum celebras, celebraris ab omnibus æquè.
Ellogia ellogium taliâ tale ferunt.

Fiat tua Christe voluntas.

M. JOHAN. BRACHMANI, S. L. Scholæ Guranæ R. SymboL.

Omnibus

OMnibus in rebus fiat tua Christe voluntas:
Seu mala dura ruant; seu bona pura fluant.
Nec vult, nec quoque JOVA potest, ex mente paterna,
Vel fecisse mihi, vel voluisse malè.
Ergò quid aut magis, aut majus desiderem JOVA?
Hoc unum; ut possim velle, quod ipse velis.

VALENTINO FIBINGENIO, Eccl. Brauchsdorff. Pastori.

OCtobri mihi mense viret data Servia laurus.
Desponsata meo, hôc mense, puella thoro.
Mensis hic est nimiùm felix mihi; munere duplo
Qui me præ reliquis, Vir venerande, beat.
Mensibus hic sed erit mihi charior omnibus unus:
Tertia si mihi det munera. quæ? Sobolem.

DA-

DANIELI BAUDISIO, Eccles. Lignicensi.

TRistia BAUDISI scribis mihi nunctia. lecto
Te dolor adfixum tàm violentus agit?
Condoleo certè lacrumis. sic cogit amoris
Vis, & amicitiæ mutua flamma piæ.
Corporis ac animæ medicus DEUS auferat abs te
Morbum. hoc ex ipso corde & amore precor.

CASPARO SEMLERO, Aulæ Köbenianæ ab Epistolis, Sponso.

QVi calamo gaudes, thalamo nunc plaudis. utrumq;
Sponse perite DEUS, qui regit omne, regat.
Sic thalamus Sobolem, calamus tibi proferet aurum:
Prolis & innumeræ dives, & æris eris.

M. ZACH. HERBERGER[O]
Ecclesiast. Fraunstad.

HERBERGE tuo cognomine dicer[is] Hospes
Activus. tecum quisnam habitare solet
Fronte sedet Candor: Pitho sedet ore L[e]porq;:
In geminis oculis Gratia, mente Fides.
In cerebro Musa; DEUS ipso in pectore r[e]gnat.
Dic ubi terrarum pulcrior hosp[es] agat?

AD PETRUM SCULT[E]TUM. P. L. Diacon. Neostadiens.

PETRE doves, tuus ut lectus non sit s[i]luctu.
Cur doveas? ultrò crux sua cu[i]venit.

A

D MELCH. SCHURTZIUM, Pastorem in Panthen, secundùm Sponſ.

QVod viduæ viduoq́; licet renovare jugales,
Numinis arbitrio ſic moderante, faces:
Ex ſacris patet. eſt ævi maturus Abramus:
Quinquenni huic viduo Ketura pulcra datur.
Abigail manſveta ſui poſt fata Nabális,
Duplicat Iſaidæ vatis amore thorum.
Ergò quis hæc reprobet veſtri renovamina lecti?
O animi, Chriſti quos ſociavit amor.
Moribus Abigail ſis Sponſa & amore, carebit
Aureolâ nunquam pace fideq́; domus.
Thariadæ ſit, Sponſe, tibi fortuna jugalis:
Ad minimum ſenâ prole beatus eris.
Et Pax & Soboles thalami geminata corona eſt.
Hanc exſpecto; illâ me quoq́; JOVA beat.

JOHAN. RUNTORFIO, Symmystæ Cæbenati: BARTHOL. WIDERIANO Cantori Gurano, & Balth. Rehero Organ. ibid.

SI trias est perfecta; trias perfecta sed omnis;
Quod puer in trivio novit, & omnis anus.
Ecquid amicorum trias ô ter-amabilis optas:
Ut sim conventûs portio quarta tui?
Ad numerum charitum vos candida mensa jugavit.
Ast ubi, si quartus venero, vestra trias?
Aut perfectus ubi numerus? numerusq; Dearum?
Accessus noceat quid meus ille, vides.
Jam tibi quid placeat, tua quæ sit opinio dicas.
An vel abesse tibi me, vel adesse jubes?

MEÆ DOROTHEÆ.

QVam quondam colui, Charibellæ nomine dicta est.
Tu, quænam mea sit hæc Charibella, rogas
Dict.

Ista quidem Charibella, sed est modò ficta puella.
Aut nisi ficta sit hæc, tu Charibella mea es.
Numina sunt Charitum tria. quis tria numina vidit?
Si qua Charis tamen est, tu mihi sola Charis.

M. JOSUÆ STEGMANO.

Fidus es. unde habeam, quæris? LUNITZIUS inquit.
Ille tuam fidam vidit ubiq; fidem.
Rara tui similis proles hoc nascitur ævo:
Quæ perfida fides, pérfida sæpè fides.
Esse tuus lætor. nec tu meus esse repugna!
Caussa mei voti quæ? tua vera fides.

AD FLAMIN. GASTONEM, Medicum nobiliss.

EN mea decumbens iterùm, celeberrime GASTO,
Uxor continuo quassa dolore gemit!

Nec breve momentum cruciatibus orbi quiescit.
Plura tibi præsens significabit anus.
Quærere subsidium cogit me flamma jugalis.
Pristina te moveat velle juvare fides:
Et favor ingenuus; quo me complectere constans.
Cernitur incerto tempore certus amor.

In annum Ætatis LX. Ministerii XXX.

MELCHIORIS ECCARDI Theol. & Superintend. Olsnens.

VIvitur ætatis tibi sexagesimus annus:
Et Decas officii tertia, amore DE.
O Eccarde caput venerabile, & arte politum
Omnigenâ; immò omni doctior arte senex.
Multa procelloso mala passus es æquore mundi,
Officii & vitæ pro ratione tuæ.

Vici

cisti tamen hæc tam longo salvus in ævo;
Subsidioq; DEI præsidioq; DEI.
ter adhuc scopulos vehitur tua cymba. pericla
Naufragii senio non metuenda tuo.
bristus enim tecum est navis moderator & undæ:
Quo duce tutus eris, salvaq; navis erit.
dstitit auxilio tibi qui juveniq; viroq;:
Nunc etiam scapulis te geret ille senem.

Aliter.

PHœbus ubi nitidis Octobri mense Caballis
Bis novies rutilo portat ab axe diem:
Extremum sextæ Decadis tu pergis in annum,
ECCARDE ô Sophiæ Theologiæq; jubar.
Temporis hanc metam si quis sub Mose sacerdos
Attigerat, tibi quam Pleias orta tulit:

Emeritum rude donârunt, & fasce le runt:
In senio requie posset ut indè frui.
Debet idem OLSNA tibi. Sed noli posc mundum
Præmia. in orbe Quies ipsa quiete car
Perge tuo servire DEO, populoq;. favebit
Porrò tibi, vires sufficietq; DEVS.
In statione mori, decus est. quinimmò cor nam
Immarcessibilem talis athleta capit.

DANIELI EITHNERO Wola Silesio, Scholæ Hernstad. R.

NOn opus est, Eithnere, fores pulsar Favoris:
Quas bona Fama tibi, quas reseravi amor.
Ecce patent ultrò. manibus te candor ami cis
Svaviter excipiet. cor modò corde subi.
Sed servare fidem, dum servant Numina vi- tam;
Sub primo ingressu te monet ipsa Fides.

AD

Ad Candidum.

Carmina si tua tu; mea si probo carmina: quamvis,
Candide, nec mea tu; nec tua fortè probem.
Quis, rogo, nos reprobet? Matri dilecta propago,
Pulcra licet minimè sit, quasi-pulcra placet.

IOHAN. RUNTORFIO, March. Diacono Cæbenati, Sponso.

Mysta tuus Pater est. tu Sponse es Mysta. parente
Et tua de Mystâ Sponsa venusta sata est.
Hac paritas spondet tacito velut omine concors
Fædus, & unanimos sorte in utraq; animos.
Quod voveo tibi. JOVA ratos sinat esse precatûs!
Cor thalami pax est, quâ sine friget Amor.

Eidem.

SPonse tuum genuit Sponsam Silesia mater.
Est geniale tibi Marchica terra Solum.
Quando tibi pariet Justina Venustula prolem:
Dic mihi Marchiacam, Silesiamvé putem?
Marchiacam? fuero matri fortasse molesta,
Silesiam? retrahit me gravis ira Patris.
Sed nascetur ais Soboles in Slesíde terrâ;
Ergò docet patrii nomina ferre loci?
Quid tum? Marchia ait: genui prius inclyta-patrem.
Me sine nec soboles de patre nata foret.
Hæc igitur curæ tibi cura sit unica: prolem
Ut decimo videas ludere mense tuam.
Cura sed hæc mihi sit curæ; num dicere possim
MarchioSilesiam, aut SlesioMarchiacam.

AD GLOGOVIAM MAJOR. 28. Julii Anno 1615. igne consumptam.

GLOGA

GLOGA decus patriæ, Lux Panthalionis ut orta est;
Consumptus periit splendor ab igne tuus.
Fata eadem quoq; nos, & eâdem luce sequentis
Anni, Cœbeniâ qui sumus urbe, premunt.
Qui cineres utriusq; videt, resipiscere discat.
Tarda quidem est, fateor; sed gravis ira DEI.

An. 1616. 28. Julii Kœbenium igne periit.

septeno qVater IngreDItVr VIX IVLIVS ortV:
KœbenIVM sVbIto fVnDItVs Igne perIt.

Domus

FRIDERICI CLOSII, J.U.D. Glogoviæ noviter exstructa.

INterilt prior igne domus. nova pulcrior exsto.
De procul hinc abigat fata priora DEUS.

Lubrica sed varias quia Sors mutatur in horas:
Sum tua, POSTERITAS, (dico) VOLENTE DEO.

JOHAN. TIMÆI, Theol. & Poëtæ Tumulus.

TIMÆVS jacet hîc. sat-est Viator
Dixi nomina. plura me rogare
Vix audes. quis enim eruditionem
Ignorare potest viri invidendam?
Quæ diffusa per universa mundi
Fulget pergama. si tamen cupiscas,
Hîc quis dormiat, ex brevi phaleuco
Scire, hoc teste ego Veritate dicam.
Bonus Theologus; bonus poëta.

AD JOH. GENISCHIUM, March. Ludi ap. Rautenat. M. Sponſ.

SÆpè novis mea Musa thoris, Heliconis in umbrâ
Concinuit lepido multisonora joco.

Rara

Rara sed Aonios hodie strepit inter Olores:
Zoilus observat verba salesq́; meos.
Sponse quid ergò tibi moduler? tu Cantor es ipse:
Concine digna thoro, qui canis æqua choro.
Sponsa suam jungat vocem: quæ svavior illâ,
Ore suo dulci quam Philomela vibrat.
Juno det, ut redeunte novo sub vere, videre
Possim, sit cujus Cantio vestra toni.

Somnus.

SVm mortis typus, & vitæ simul umbra futuræ.
Aufero totum hominem, restituoq́; sibi.

Loqui & Tacere.

GLoria magna, loqui benè: major, posse tacere.
Dicere te docet Ars; nulla tacere docet.

M. CASP. LUNITZIO, Lips.

VEnatum venias. Leporem coqua mactat obésum.
Non opus est canibus: dentibus esse jubat.
Sectari lepores in silvis, gaudia præstat
Illis, qui titulum nobilitatis habent.
Certa magis velut in patinâ venatio, chare
LUNITZI: sic & gratior illa mihi.

De titulis.

ULlibi si tituli crescunt, in Slesidè crescunt:
Dignus & indignus quos habet, ambit, amat.
Ad placitum scribas licet omnia: si tamen absit
Vel minimum tituli jota, placere nequis.
Nulla dabunt responsa tibi. quinimmò tabellas
Projicient illi, qui tulit, ante pedes.
Da veniam tellus ô patria, vera loquenti:
Tu nimiis titulis facta superba nimis.
Si verò ista feras ægrè, quæ, Slesia, dixi:
Dic tu; qui dixit, nonnè poëta fuit?

AD CASP. HAMMELIUM, March.

CÆnula si tibi parca cibi non sordet, Amice:
Ut tibi non sordet cænula, parca cibi:
Sub mea tecta veni, tecum Runtorffius adsit!
Larga fides aderit, si brevis esca datur.
Cœna sapit, quam pura fides excoxit amorq́.
Ferclôrum nimius fastus & astus eat.

M. WOLFGANGI DROSCHKII Theol. Pastoris & Senioris Steinov. Epitaph.

DROSCHKIUS hac recubat tenui sub marmoris umbrâ:
Qui docuit populum, STEINA polita, tuum.
Ingenio quali fuerit, te scripta docebunt.
Vis tamen ut dicam? Vir benè-doctus erat.

AD JOHAN. HANCKIUM, SiL. Scholæ Köbenianæ Mod.

REctor ut Aoniam gnavus moderére juventam;
Ore Magistratûs te schola nostra vocat.
Gratulor officio. sic cogit amabilis ardor:
Quem Charis assiduò ventilat igne novo.
Fidus in exiguis esto. majora sequentur.
Hoc ex ore DEI dico, propheta tuus.

In D. Bernhardi opus, A JOH. FABRO Theol. & Profess. Argentinens. ibid. Biblioth. donatum.

HOc melleum Bernhardi opus piissimo
Meditationum delibutum nectare,
Ex liberalitate, publico usui
Sacro dicoq́. quisquis ergò pauperâ
Sorte impeditus, ære nequeas proprio
Volumen hoc tibi comparare: nec minùs
Tamen ardeas legendi amore: gnaviter
Meo fruare munere. ne sed inscius

Pecces:

Pecces : inaudias priùs legem meam.
Librum impetra rogatu, ab illo, Musici
Cui est Tablini cura credita. abstine
Manum tagacem : turpiter nec inquina
Atrore calami, vel luto, vel sordibus
Aliis. bonâ fide accipe, & bonâ fide
Redde, ut decet. monebit cætera Æquitas:
Plectetq́ Legirupionem atrociter.

AD EUNDEM.

QVod nuper ambiisti,
Quod nuper ambienti
Promiseram poëma,
Transmitto. tu vicissim,
FABER Licentiate
Transmitte, quem rogavi:
Et quem mihi roganti
Promiseras amorem,
Remunerationem.
Et eris solutus ære.

M. BARTHOL. NASSERI, Theologi, Eccles. Argentorat. ad D. Thom. Pastoris Tumulus.

NAS.

NASSERI *tumulum brevis hæc inscri-*
ptio monstrat.
Quis fuit in cathedrâ? mellea Svada
DEI.

JOHAN. HEERMANNI

EPIGRAMMATUM

LIBER VIII.

Memoriæ
GEORGII RUDOLPHI à CZEDLITZ, in Brieg & Mirschaw, Hered. S.C.M. Consil. Ducat. Glogov. Capitanei.

Hoc sua CEDLICIVS sub marmore condidit ossa,
Glogoviæ quondam Duxq; Caputq; plagæ.
Terra Polusq; virum coluerunt. terra; quòd omni
Præfuerit patrio laude fideq; Solo.
Cœlum; quòd nulli pietatis cesserit usu.
Hinc vivus, simul & Divus utroq; loco est.

Felicitas in Mundo.

Qui de suo, in suo, atq; cum Suis, Suus
Vivere potest, vitam beatam transigit.
Paucis sed hæc beata vita contigit.

AD CASPARUM à STOSCH, in Grofs Tfchirnaw, &c. Hereditar. Capitan. Guran.

Roma suos olim duxit super astra Catones.
Cedere nunc Romæ Slesia nostra nequit.
Heroas peperit multos, qui Martis & Artis
Præsidio, patriæ sunt bona fulcra suæ.
Hos-inter. S T O S C H I, *loca non extrema mereris:*
Sive Sago deceat surgere, sive togâ.
Commendata tibi nunc sunt moderamina nostri
Tractûs. sic Cæsar vult; ita quisq; vovet.
Immò quisq; favet tibi, quos tibi vóvit honores.
Gaudet, & adplaudit Patria: nemo tacet,
Qui bona cuncta tibi, Patriaq; vovetq; favetq;.
Quidnam ego? det Sceptro Prospera JOVA *tuo!*

LEON-

LEONHARDO à KOTWITZ, in Köben Hereditario.

POst noctem redit alma dies; post nubila Phœbus.
Sic gemitûs sequitur nata Puella tuos.
Nec Sors, nec morbus, nec mors hæc gaudia turbet!
Convaleat, quicquid debile Mater habet.
Fiat & hæc salvâ tibi sæpè puerpera prole:
Porrò tui ut videas signa benigna thori.
Hæc quoq; Nestorios tua filia floreat annos:
Ut possit fieri Fœmina, Mater, Anus.

Ad Amicum.

UXor, Amice, tibi jam quæritur altera multos
Altera, quos nequiit prima domare, domat.

WEN-

WENCESLAO à ROTKIRCH, & Panthen in Winzenberg. Hered.

WENCESLAE quid audio? recedes
A nobis hodiè? ædepol manendum.
Natalem celebrare more prisco
Fas est; non iter expedire. mitto,
Quæ sint vincula, pauculos phaleucos,
Septem scilicet, ut vides, phaleucos.
Solve, aut non potes hinc abire; certum est.

AD FRIDERIC. à ROTKIRCH. & Panthen, in Hennigsdorff.

QVi donat DEVS est: homo; qui data munera sumit.
Sic ajunt, patrii lux FRIDERICE soli.
Si DEVS est, qui donat: homo; data qui capit: omnes
Sunt homines; hominum de grege nemo DEVS.

ADA-

ADAMI GALLI à KRECKWITZ &Joppendorff, in Groſſen Boraw; Sileſii Ulyſſis; p.m. Vexillo lugubri inſcriptum.

LUſtravit mundum per Saxa, per Æquora; Phœbi,
Virtutis, Patriæ, Nobiliumq; jubar.
Heu dolor! ut rediit, periit juvenilibus annis.
Sis breve Tempus abit: ſic Roſa verna cadit.

CHRISTOPHORO ab OELHAFEN, in Protſch & Weida, Eq. SiL.

GLoria multa datur; ſed præmia nulla poëtis.
Fama quid iſta juvat, ſi comes ægra fames?
Immò juvat. pereunt, OELHAFI, præmia quæq;.
Nulla ſed ingenio gloria parta venit.

AN-

ANDREÆ GEISLERO J.U.D.
Com. Pal. Eq. Aurat. Principp. ac Ordd. SiL. Ducumq; Lig. & Breg. Cancell. & Oratori.

SI celebranda tuæ ſatis eſt facunda lingvæ:
Omnis Svadelæ gloria danda tibi.
Invidiam Superûm ſed ut effugiamus, & iras:
Sint loca Svadelæ prima; ſecunda tibi.

AD CHARINUM CRISPUM.

QVid ſit munus Epiſcopi, Loquádrax
Altâ voce recenſet æde Phœbi.
Sed cum nullus Epiſcopus; nec ullus,
Auditor ſit, Epiſcopi miniſter:
Qui vel diſcat, Epiſcopové dicat,
Quid ſit munus Epiſcopi: annéfruſtrà
Quid ſit munus Epiſcopi, recenſet?

BALTHASARI WILPERTO
J.U.D.S Reg. in Bohem. Ma
Consil. & Fisci per Utramq;.
SiL. & Lusat. Pa-
trono, &c.

*WILPERTUS mea tecta subit gratiss-
mus hospes.*
Pierides mecum plaudite. Diva subit.
*Nam sine VVilperto nunquam Themis es
simul ergò*
Ad me VVilpertus dum venit, illa veni
*Parva quidem domus est, domus hæc; ut
incola parvus:*
Qui parva interdum scribere metra sole
*Sed postquam Themis hanc subiit, Them
dosq; Patronus;*
Quo vix majorem nostra Silesis amat,
*Facta magis speciosa, magis preciosa refu
get.*
*VVILPERTI & Themidos lumine, lu
men habet.*

AI

AD CASP. GROSIUM, & JOHAN. AMMONIUM, SIL. J. U. C.

PRandebit mecum VVILPERTUS nobilis Hospes:
Magnum illud Svadæ Justitiæq; decus.
Aulica ni melius sapiant tibi fercula, GROSSI,
AMMONIq; tibi dulcis; adeste, precor.
Adponam vobis carnes, farcimina, pisces,
Et si præterea quas habet olla dapes.
Expellet Cæbéna sitim cerevisia. vinum,
Vendere quale solet nostra taberna, dabo.
Si jucunda minùs fuerint hæc omnia: certè
Colloquii bonitas non sapuisse nequit.

De beatâ meâ Dorotheâ.

HOra meæ nunc mortis adest: (ita dixerat Uxor.)
Ne doleas obitûs, chare Marite, meos.

Parce tuis oculis, iterum jungemur amantes;
Et meliore quidem sorte, favente DEO.
Si qua fides, tua mors mihi non dolet. hoc dolet, ajo;
Quòd tecum pariter non sit obire datum.

AD FLAMINIUM GASTONEM, Medicum.

QVàm verè scribis, Medicorum gloria GASTO.
Non possit vulnus grandius esse mihi.
Dimidium cordis surreptum est conjuge raptâ.
Quid mihi cordis adhuc esse, animiq; putes?
Hanc nisi fissuram mihi JOVA malagmate Verbi,
Omnia quod sanat, sanet, amore mei:
Non poterit fieri, exiguo quin tempore fiam
Indomitæ mortis flebile mancipium.

AD CASPAR. CUNRADUM Phil & Med. D. P.L.C.

S

SI quid agam, quæris? responsum suscipe; tristor.
Quæ sit tristitiæ caussa caputq́, rogas?
Heu mea Dorotheë, verè mea vera voluptas;
Immò meæ vitæ vita, perempta jacet.
Cur ego sim tristis, tu non miraberis unquam.
Hoc potius mirum sit, nisi tristis agam.
Quippè tibi mirum, mirari si potes, hoc sit:
Hac quòd morte meæ conjugis haut morior.

NICOL. HENELIO J.U.D.

TRistia si quisquam dixit tibi, tristia dico.
Aures, ut doleas, arrige; Sum viduus.
Altera pars cordis tumuli sub mole sepulta;
Altera pars mecum, sed fugitura, dolet.
Hos audire meos potes absq́ dolore dolores?
Corde tuo rigidæ nil adamantis habes.
Mens generosa capit faciles sub pectore motûs.
Certum est, nî possis collacrumare, gemes.

AD MEAM DORO-THEAM.

EXstruxit querulus geminum Vesspillo sepulcrum.
Hoc, Theodora, tuum est: hoc aliquando meum.
Te penes in thalamo vivus Theodora quievi:
Mortuus in tumulo te penes esse volo.

JOHAN. SCHWOPIO, Ecclesiast. Bregens.

ANnus nunc abiit, postquam tua mortua conjux:
Illa corona tuæ deliciosa domûs.
Infelix equidem status est tibi, candide Schwopi.
Prosperior tamen est sors tua sorte meâ.
Credere si nequeas, in promptu est caussa. Maritæ
Per Sobolem superest pars tibi; nulla mihi.

LEON-

LEONHARDO à KOTWITZ, in Köben, &c. Mecœnati pl. honorando.

PRoh subitos casûs! veteres cum mœnia Breslæ
Quatuor ante dies, ecce maritus eram.
Iam viduum, LEONHARDE, vides, me flere maritam.
Hoc est, me miserum conspicis esse virum.
Errat, qui spondet sibi plurima sæcula. vivos
Quos hesterna sinit lux, hodierna rapit.
Quid faciam? cum mors sit certa, incerta sit hora
Mortis, ego discam nocte dieq; mori.

EIDEM.

HEermannus merus est dolor, & mera lacruma. cur hoc?
Efficit hunc viduum Parca, jubente DEO.
Quanta sit anxietas, spoliari conjuge fidâ:
Expertus nisi sit, credere nemo potest.

Tu nosti, LEONHARDE. tuum cor talia sensit:
Cùm sublata tibi prima Marita foret.
Hinc poteris facilè mihi credere, si tibi dico;
Heermannus merus est & dolor, & lacruma.

AD TURTUREM.

SI *mala quid minuit, Socios habuisse malorum:*
Ejusdem, ut minuit, sortis habere pares.
Tu mihi sorte tuâ, Volucris dilecte, levamen;
Et tibi sorte meâ dulce levamen ero.
Conjuge gaudebas; gaudebam conjuge nuper.
Hæc erepta tibi est; hæc quoq; rapta mihi.
Jam solus querulare miser tua tristia fata.
Jam mea solus ego tristia fata queror.
Præ luctu, ut moriare, tibi tu sæpè precaris.
Præ luctu, ut moriar, sæpiùs opto mihi.
Tu virides ramos fugis, optima gaudia Veris.
Et caveo & fugio gaudia quæq; Soli.

Contur-

Conturbas pedibus, quoties bibiturus es, undam.
Perfundo lacrumis pocula, quando bibam.
Tu Sociæ memor es noctuq; diuq; Maritæ
Immemorem sociæ me quoq; nemo videt.
Infelix nimium sors est utriusq;. sed istâ
Parte tamen melior sors mea sorte tuâ est:
„Christus in extremâ reddet mihi luce Maritam.
„ Restituet sociam sed tibi nulla dies.

AD DOROTHEAM MEAM.

MOrte cadis properante, domûs, Theodora, columna.
Miror, quòd tecum non cadit ipsa domus.

Præivisti; Sequar.

COnjux ê tumulo, pressâ quasi voce, Præivi,
Dixit. ego contrà: mox, Theodora, Sequar.

De meâ Dorotheâ.

QVamprimùm fuerat conjux mea morte saluta:
Effusis cecidit plurimus imber aquis.
Nempe meas ubi tot lacrumas adspexit Olympus;
Condolet, & mecum solvitur in lacrumas.
I nunc, & fletûs prohibe mihi: si quoq; cœlum
Non cohibet lacrumas me lacrumante suas.

AD MATTHÆUM ARNHOLDUM, Pastorem Mega-Tschirnæum.

ARNHOLDE ô nimiùm fidele pectus;
Quis te quis, precor, hoc subire tectum
Jussit; quo mea transigo perenni
Fletu tempora, sub dolore summo?
Sic svadet Pietas amorq;, amicum
Ut solamine fulcias. rependat
Christus, qui potis est, tibi tuisq;
Multâ lætitiâ, salute multâ,
Tam gratum officium, fidemq; tantam.

GEORG.

GEORG. THEBESIO, SIL.ᵃ in Valle Peregrinantium Pastori.

SI lacrumis decoranda viro dilecta Marita;
Dorothée lacrumis est decoranda mihi.
Vix dilecta magis fuit ulla marita marito:
Hæc mea Dorothée quàm mihi chara fuit.

CHRISTOPH. REICHELIO, P.L. ad Pastoratum & Decanat. Lubenens. vocato.

MOrs mihi sustulit heu! Theodoram flore sub ævi:
Cordis delicium dimidiumq; mei.
Tu lacrumis, tu fletus fletibus addis,
REICHELI. quis te talia jussit? amor.
Quid reddam huic fidei? te Duxq; DEUSq; LUBENAM.
Ire jubent, populum jussa docere DEI.

Te venientе domus plaudit sacra, plaudit [illegible] omnis,

Qui tecum, & Duce te gaudet ad ast[illegible] vehi.

Gaudia me quoq; poscit amor. sed lucti[illegible] adémit

Omnia. quis gemitûs-inter ovare queat

Adsint vota, mei licet absint gaudia cordi[illegible]

Cordis quod nequeunt gaudia; vota da[illegible] bunt.

Quod tibi cunq; Bonum voveat bonus omni[illegible] id omne,

Ut tibi det Bonitas summa, vovebo tibi.

CASPARO COELICHIO Ecclesiast. Deichslaviens.

PAlleo. tu facies cur sit mihi pallida, qua[illegible] ris:

Cœlichi ô fidei splendida gemma meæ.

Conjuge sublatâ cor fissum est cuspide mor tis:

Hæc mea qui sanet vulnera, nullus adest

Paullatim morior: quia flos mihi sangvini[illegible] omnis

Effluit. exiguo tempore funus ero.

In

In Spem contra Spem.

M. NATHANAEL. TILESII,
Theol. & Poëtæ,
Symbol.

SUb cruce desperant aliqui super Orbe salutem.
Nulla salus, ajunt; si mora tardat opem.
Parva licet mihi sit spes; immò sæpè nec ulla:
In spem, spem contra spero; salute fruor.

M. CHRISTOPH. COCHIO,
P.L.C. Medico Lubenens.
Ordinar.

NUnctia charta meas, eheu tua vulnerat aures.
Vulnerat heu aures nunctia charta tuas.
Avulsit Lachesis thalami tibi fœdere junctam.
Sustulit hoc junctam fœdere Parca mihi.
Te tua filiolo conjux mellita beârat:
Vix-natum hunc adimunt Numina prole cares.
Quater facta mihi, Sobolis spes concidit omnis.
Conjugii video pignora nulla mei.

Hic quid agis? quid ago? dicam. lacrumatur uterq;.
Quottidiè fletu lumina nostra rubent.
Tu neq; me, neq; te solari ego carmine possum.
Si cæcus cæcum duxerit, ambo cadent.
Hos nisi, Christe, tuo releves solamine luctus,
Actum est. immensus tollet utrumq; Dolor.

AD ELIAM HELDT, J.C, Guranæ Reipubl. Syndicum.

QVi nulli nocet, & prodest pro viribus omni;
Vir bonus est. facis hoc tu: bonus ergò vir es.

AD BARTHOLOMÆUM HEMPELIUM, Phil. & Med. D. Annæ Hildbrand. Sponsum.

Sponsus

Ponsus es, HEMPELI. mea quid tibi
Musa precetur;
Ne careant votis vincula nupta meis?
ii dent, ut Sponsum velut haec vindemia
cernit;
Te videat salvâ prole futura Patrem.

NICOLAI à RHEDIGER, in Strisa & Sponsberg.

Tumulus.

RHEDIGER hoc jacet in tumulo. quid
quaeritis ultrà?
Rhedigeri dico nomina; dico satis.
Nobilitas, Virtus, Charis, Aonidumq; co-
rona,
Huic, si cui dederint, omne dedére Bo-
num.
Hanc minimam laudis partem tibi dico.
sed omnes
Qui possit laudes dicere, nullus erit.

AD PETR. TINTZMANUM, Scholae Guranae, ConR.

Secundas

SEcundas tibi nuptias secundas
Si Tintzmanne precor tribus phaleucis
Me voti satis arbitror dedisse.

Cura quotidiana.

AD GEORGIUM à KOTWITZ & Köben, Leonhardi Fil.

OMnis in hoc debet versari cura laborq;
Quantumcunq; queas, ut benè semper agas.
Sin minùs hoc fieri poterit: tibi cura sit omnis;
Nì benè semper agas, ne malè forsan agas.

AD REINHARD. ROSAM J. U. D. ReipubL. VratisL. Syndicum.

QVis novus Elysiq Flos efflorescit in Horto?
Et te, Bresla, suo mulcet odore? Rosa.

Pura

Pura Rosa est, inter spinas benè florida legum:
Non tibi sacra, Venus: sed tua tota, Themis.
Pura Rosa est, auri Boreas quam flectere nescit.
Hæc rosa, Doctorum tu rosa, docte ROSA es.
Semper honos, nomenq; tuum, laudesq; vigebunt.
Utq; magis vigeant, quàm Rosa verna, precor.
Donec ab his mundi spinis te morte beatâ,
Transferat in cœli pulcra roseta DEUS.
Et si fortè tuo dignum me credis amore:
Spiret amicitiæ fac mihi parvus odor.

De Obitu

FRIDERICI CLOSII, J. U. D. Viri verè-boni.

DIxerunt olim; terras Astræa reliquit.
Esto. sed in terras Diva reversa fuit.

CLOSI,

CLOSI, corde tuo sibi pulcram struxerat ædem.
In vivis ut eras, tecum ea semper erat.
Nunc est dicendum; terras Astræa reliquit
Tu quoniam terras deseris; astra subis.

JOHAN. RUNTORFIO, Collegæ.

QVi meus est, idem tuus est natalis. ei dem.
Quo me JANE ligas, more ligandi eris:
Quin & amore pari. quo me quia fortit ardes,
Cor redamare tuum mutua flamma m net.
Vota facis devota, mihiq; precare salutem.
Vota eadem facio. vive diuq; vale.

GEORGII GRESERI, Consul Prausnicens. Epitaphium.

HAc Candor, Probitasq; jacent, qu Consul in urnâ
GRESERUS patria gloria prima jace
Profu

Profuit ex animo civis, dum præfuit. ipsi
Lex suprema, Salus Vrbis & augmen,
erat.
Ornâris simili si te virtute, Viator:
Post tua fata potes laudis habere satis.

CUNRADO BAVARO, in Acad. Lips. Poës. P.

SI rectè memini, jam septimus effluit annus:
Argyrope postquam clara relicta mihi.
In reditu fidei sancivi fœdera tecum:
Quæ neq; Sors, neq; Mors rumpere dira queat.
Alloquio svavi, mensâq; exceptus amicâ
Sum CONRADE tuâ. cætera candor erant.
Ex animo nunquam cadet hæc tua gratia nostro.
Te semper colui, perpetuoq; colam.
In me nec favor ille tuus mutabitur unquam.
Quos semel includis pectore, semper amas.

De

De me ne dubites, hoc carmine testor amo-
rem.
Tu si vis testem mittere, mitte manum.

In Gaurum.

M*Ulta tibi bona sunt. sed quod bon*
cætera vincit,
Gaure cares. quali, dic mihi? mente bon

M. LEONHARDO BAUDISIO Scholæ Lubea. R.

P*Rima tibi soboles, & mascula side*
fausto
Edita, fert secum gaudia prima thori.
Ut tibi proveniant anno, Leonharde, futu
Altera; nascatur Filia, sorte pari.

AD SIGISMUNDUM à COT WITZ, in Köben, L. FiL.

S*Ubditus es. Ratio tua, Dux. te, si sapi*
illi,
Vt tibi subjicias omnia, subjicias.

Mul

Ilta reges, Ratio tua si quoq; te regat. illa,
Quâ ratione tibi cuncta regenda, docet.

AD BALTHAS. EXNERUM,
à Hirschbergâ, in Illustri Gymnas.
Schönaichiano Histor.
Prof. P.

DVm tibi par. tibi sum dispar. te laurea cingunt
Serta: caput redimunt hæc quoq; serta meum.
Differitas tamen est, si scribimus ambo Minervæ
Flumen inest vestro carmine; gutta meo.

AD JOHAN. SCULTETUM,
Pastorem Gimmelienſ.

A *D tua me, SCVLTETE, vocas Hymenëia festa:*
Vtq; lubens veniam, lingva manusq; rogat.
Me status excusat lugubris. mellea conjux
Rapta meis oculis, corde retenta manet.
Gaudia vos miscetis, ut hæc socialia poscunt
Festa. quid hæc inter jubila Luctus agat?
Mente

Mente tuis adero, licet absim corpore, tædis
Fata precaturus non nisi fausta thoro.
Qui gemitûs reliquos exaudiet aure benignâ:
Percipiet nostras non minùs ille preces.

WENCESLAO à ROTKIRCH & Panthen, in Winzenberg. Eq. SiL.

I*Nsignes tua læva gerit, tua dextera gemmas.*
Vtilior lapis est, quem mola vestra terit.

AD BALTHAS. WILPERTUM, JureConsult. Celeberr.

S*Æcula quæ nunc sunt, quid sunt nisi sæcula Phœbi?*
Pallas in excelso stat veneranda throno:
Devotus cui Sacra facit cum divite pauper:
Ex primo atq; imo sangvine quisq; satus.

Discrimen

Discrimen tamen est magnum Phœbi inter alumnos:
Auri quod cumulus, non facit artis opus.
Artis si mare pauper habet; vix unica gutta est.
Guttam si locuples; unica gutta Mare est.
Sic populus censere solet. VVILPERTE, quid æqui,
Hoc in judicio, justiciæq; vides?

LEONHARDO à KOTWITZ,
in Köben.

GLoria sit Superis. abiit, LEONHARDE, climacter:
Qui solet Herois mortifer esse viris.
Ingrediare novum, precor, hunc feliciter annum:
Prorsus ab invalido corpore febris eat.
Incolumis redeas, Pylii transcendere vitam.
Si vivis, populus vivit ovatq; tuus.

Eidem.

Eidem.

Vix ostensa Solo, moritur tua Filia, luges.
Obsecro, ne facias. Stat sua cuiq; dies.
Præterit hanc nullus, LEONHARDE, nec anteit ullus.
Factum est arbitrio Numinis: ergò benè.
Non amissa, sed est tantùm præmissa. Jehova
Non rapit, at repetit, quod fuit antè suum.
Ad Superos translata, videt sine fine Beatos:
De facio ad faciem conspicit immè DEVM.
Patria nostra gemit, variis agitata procellis,
Qui cælos habitat, nil timet ille mali.
Ergò mei, dic, esto Dei benedicta voluntas:
Qui quæcunq; facit, non nisi recta facit.

FLAMINII GASTONIS, Phil. & Medici incomparabiL.

Tumulus.

Quis jacet hic? Phœbo qui proximus arte medendi:
Qui famâ celebris vivit utroq; polo.

Quoa

Quod Meditrina potest, potuit. quippè omne, quod omnes
Norunt Aonides, huic quoq; nosse datum est.
Hunc pauci æquiparant, superavit nemo. nec ullum,
Vincere qui poterit, sæcla futura dabunt.
Non tamen hæc ullos peperit Doctrina tumores.
Nescio, num possit mitior esse Charis.
Gloria quam meruit, non esset insculpta sepulcro.
Quærere si placet hanc Lector; ubiq; volat.

Defunctus alloquitur Conjugem superstitem.

HOspes eram. cur ergò fleas mea funera, Conjux?
In domum properat, qui peregrinus agit.
Incola sum cœli jam factus, & accola Christi.
Hæc Sors est plausu digna; dolore minùs.
Fide DEO: Pater est. te curat amore paterno.
Degenerem Sobolem non sinet esse tuam.

*Vita tibi sine me gravis est? brevis aufugi-
hora:*
Numina restituent me tibi, teq́ mihi.

Epitaphium.

MARGARETHÆ MULLE-RIANÆ, Fab. Ilgesii, Pharma-cop. Bregens. Conju-gis.

*LEctor ave! properas? rogo te, subsiste p-
sillum:*
*Cumq́ homo sis, hominum ferre memen-
to vices.*
Filia Reinharti Mulleri, Ilgesia conjux,
Margaris hôc tumulo morte resecta cu-
Transégi pietate novem super Orbe dece-
Annos, tres menses, octiduumq́ duplex
*Hebdomadas bis-sex aufer, tibi di-
possum,*
Quod fuerim socio trima Marita meo
Filiolum peperi, busto quem viva recondi-
*Nunc colimus junctim Sabbata ma-
DEI.*

N-

Nemo meos obitûs doleat. dolor exulat omnis
In cœlo. nunc si vis, bone Lector, eas.

AD NOVUM MARITUM.

TRistis eras cœlebs. cur? te quia nulla volebat.
Sustulit hunc luctum virgo, miserta tui.
Sin novus exortus dolor est. quia prava Marita est.
Quis luctum hunc adimet? mors tua, morsvé Tuæ.

Intercessor.

ACceptus Domino, qui pro te supplicat, esto.
Indignantis Heri pectora placat Amor.

Ad Læliam.

QVi tuus est Sponsus, discedit Lælia: ploras.
Sed si non redeat, Lælia, tunc quid ages?

Immò redibit, ais: stabilem promisit amo-
rem.
Lælia, te nisi sit pulcrior ulla, redit.
Ex oculis quæ lapsa, potest è pectore labi.
Tale quid eveniat ne tibi forte, cave.

JOHAN. RUNTORFIO, Colle-
gæ: de nato altero
filio.

GAude & plaude: tibi quia nascitur al-
tera proles.
Proles & genitrix vivat; utrumq; prec-
Tu reprecare mihi, si vis mihi grata preca-
More pari queat ut plaudere nostra -
mus.

MATTHÆO BRACHMAN-
J.U.C. Sponso.

INdi Brachmanes Sophiæ dixère Magis-
Quondam. hodiè tales nostra Silesis -
bet.
Qui sub amore calent Sophiæ, Sophiæq; -
cantur.
Brachmanos *celebres hos ego dico m-*

Fratrem, Sponse, tuum Sophiæ VVitebergæ Magistrum
Fecerat. hoc dudùm nomine clarus ovat.
Verò Sophiæ facit aurea Juno maritum;
In cujus gremio svavis amator eris.
Perpetuum peperit Sophie sua nomen in Orbe
Fratri, quod tempus nullum abolere potest.
pariat Subolem tua Nupta, quod opto, quotannis:
Per Sophien vivet nomen honosq; tuus.

AD MATTHÆUM VECHNERUM, Phil. & Utr. Med. D. Reip. Fraustad. Ord.

GASTONI similis non quovis nascitur anno.
Tantus erat Medicus, tantus eratq; Sophus.
Si tamen huic aliquis par est Medicusq; Sophusq;:
Huic Vechnere parem te fore, Rumor ait.

P. TANTZMANNO, amici
singulari.

QVis TANTZMANNE vocat comi-
tem te funeris? hic non
Saltandum. hic opus est fletibus & ge-
mitu.
Dicor ego Heermannus. vox hæc magis apt
querelis.
Me potius comitem funeris esse decet.

GEORGIO WERNERO, Sil.
novo Eccles. Giersdorff.
Pastori.

MUnera Pastoris duo sunt. facienda do-
cere:
Vitaq; exemplo dogma probare sacrum.
Tu fac & hoc, fac & illud. utrumq; fideliter
urge.
Pastoris titulum non sine laude geres.

ADAMO BIELSKIO,
JC.

QVæ Convivа dicaculus procaci
Inter pocula jactitabat ore,

Nost

Ni. scilicet unius per anni
Fluxum, ex Grammatico suo libello
Gallicani Idiomatis, Sophorum
Smysteria velle, seq; posse
Instillare homini rudi, absolutus
Uposſit Sophus eſſe. ADAME, credis?

Tumulus.

CASPARULI, CASP. CUNRADI, Phil. & Med. D. Filioli.

QVi properas Lector, ſubſiſte. Utriusq; Parentis
Delicias brevis hæc contegit Urna breves.
Nondum Luna quater plenis ſe cornibus obfert;
Me DEUS innocuum ſub ſua regna vocat.
Quàm breve tempus, ais! Brevitas hæc gratior ævo
Neſtoris. Orbe diu vive; gravâre diu.
Hic DEUS, hic æterna DEI ſunt gaudia. cœlum:
Qui non præ terrâ malit habere, furit.

 Bona

Bona & Mala.

QVæ bona; quæ nocitura tibi, cognoscer
fas est.
Utere, quæ bona sunt, quæ nocitura, fug

AD GOTLIEBIUM GOTWAL DUM, Henrici, Pastoris Prausnicens. Fil.

NOmina pulcra tibi data sunt, Puer
ptime. posthàc
Vita sit ut pulcro nomine digna, vide.
Quæ peragenda tibi, committe negoti
Jovæ:
Felici poterunt singula fine frui.
Omnis amare DEUM tibi cura sit, & lab
omnis.
Cui charus DEUS est, charus & il
DEO.
Hæres immò Poli. quis vidit & audiit un
quam,
Dilectos, maneant gaudia quanta, DE

CHRISTIANO CAVEARIO SiL.

Quar

QVæris in Orbe tibi laudabile nomen. habebis.
Quem colis, eximium nomen Apollo dabit.
[A]dulùs esto. nihil paupertas dura nocebit.
Addidit hæc multis calcar ad omne bonum.
[A]spera sit primùm via. quid tum? plana fit usu.
Asperitas cessat deniq; Fama manet.

[G]EORGIO GRESERO, Cantori Gurano, de obitu Annæ Mariæ, filio L.

ILlucrumas, quoniam tibi filia mortua? non est
Mortua. mors vitam non fugat; immò vocat.
Si tibi vita placet, vitæ quæ nomine vero
Digna venit; cœlum scande; relinq; Solum.
Mors habitat terris; floret super æthere vita.
Vivere vis? vitam desere: vivus eris.
Ne plores igitur. Gnatam revidebis. ut astrum
Fulget, & in cœlo plaudit, alumna DEI.

Ad olim-amicum.

Nil nunc scribis, amice, literarum:
Nec salvere tuum jubes sodalem.
At quondam mihi literas trecentas
Scripsisti innumerâ salute plenas.
Sors favere tibi benigna cepit?
Multis dum favet, invidet. caveto.

JOHAN. CLAPII, Theol. & Poëtæ.

Tumulus.

CLAPIVS hic dormit: quem non sin
incluta virtus.
Artis honor, Pietas, Relligioq; mori.
Si tamen hic somnus mors est; vilissim
tantùm
Mortua pars hominis, maxima viva ma
net.
Quod mortale fuit, poterat mors tollere
cœlum
Sustulit ipsam animam: nescia fam
mori est.

In

In Lupercum bibulum.

Cultus ager fuerat, fuerant habitacula pulcra.
Jam tibi nec domus est, nec tibi cultus ager.
Ædes immodico potu tibi perdidit annus
Primus. frugiferum perdidit alter agrum.
Nunc bibe securus noctuq; diuq; Luperce.
Nam nil quod perdat, tertius annus habet.

Dives & Pauper.

Dives inopsq; duo sibi sunt contraria. quid tum?
Divite pauper eget: paupere dives eget.
Alter & alterius caussâ quia conditus: alter
Alterius prompto pectore portet onus.
Pauperis est orare: sed est dare Divitis. isti
Maxima pro minimis restituisse, DEI est.

AD PANDOLUM.

EBrius hoc feci; dicis, si Pandole peccas.
Non ego sum Sceleris caussa, sed Ebrietas.
Cur vino; tibi non adscribis Pandole culpam?
Excusare Merum se nequit; ore caret.

JOHAN. RUNTORFIO Collegæ.

REddo tibi librum, quem tellus Itala primùm
Vidit, & in lucem Spelta poëta dedit:
Sed nunc Teutonicâ lingvâ produxit in auras
Quidam alius, lingvis clarus & ingenio.
Stulticia est Sapiens. stultos hîc ordine multos
Vidi: stultorum non tamen omne genus.
Annon stulticiæ genus hoc. quoq; dixeris: omnes
Stultos in tenuem cogere velle librum?
Cum tamen omnia sint stultorum plena: nec ullus
Sit vacuus fatuis hoc super Orbe locus.

Ad J. M. U. J. D. in Convivio.

Concedo Doctor. potant plærumq; poëtæ.
Potandi vitium non tamen omnis amat.
Sunt etiam, quibus est pietas & sobria vita
Cordi. quos-inter me numerare velis.
Crede mihi, differt multum à potore poëta:
Ut multum differt à Sue suavis avis.
Laurea condecorat, quos novimus esse poëtas.
In Styge potores è pice serta manent.

JOHAN. AMMONIO, J. U. C.

Cæsareus Comes, arbitrio mihi Cæsaris, horti
Cæsarei flores, laurea serta dedit.
AMMONI, dilecte mihi sacrúq; Camanis:
Hinc ego Cæsarius sæpè poëta vocor.
Hæc quia nec prece, nec precio mihi vendita: multi
Ut prece vel precio germina tanta gerunt:
Parta sed ingenio mihi sunt & carmine multo.
Improbet hos titulos quis probus ergò meos?

EIDEM.

CÆsareos plerumq; solent vocitare poëtas:
Laurea queis ornat Cæsariana caput.
Cæsareos titulos verè gerit ille poëta.
Cui Laurum imposuit Cæsaris ipsa manus:

AD BARTHOLOM. HEMPELIUM, Phil. & Med. D. Archiatro Gurano.

HOspes ut instituam convivia Musica; cœtus
Musicus, HEMPELI, me rogat; ordo jubet.
Tertia cænandi tempus determinat Hora.
Tu conviva meus sis, rogo: gratus eris.
Quattuor adponam consvetô fercula more
Ne dem plura; vetat lex data, pœna gravis.
Magna propinabit sitienti Bresla liquorem.
Pro lubitu bibit hîc pocula quisq; suo.

Fercula

Fercula nî sapiant; tibi Musica bella placebit:
Quam tu mirificè, Musicus ipse, colis.

AD JOHAN. HANCKIUM, Scholæ Köbenianæ M.

MActavi vitulum, partem coqua præparat. adsis
Vespere, de vitulo si placet esse meo.

FRIDERICI TAUBMANI, Poëtæ.

Tumulus.

PArva quidem; magnum tegit hæc tamen Vrna poëtam:
Quo nec erat major carmine; quo nec erit.
Vera tibi, dices, me dicere, si tibi dico:
„ *Hîc sua* Taubmanus *busta, Viator, habet.*

AD

AD PHILAUTIÆ FILIUM.

Posses, si velles, fieri te judice Doctor.
Hoc, qui scire tuum scit geniumq́, negat,
Velles, si posses, fieri me judice Doctor.
Hoc, qui scit genium, scire tuumq́, probat.
Quisquis ad eximiæ tendis fastigia laudis;
Ne te decipiat noxia doxa, cave.

In Gelliam.

Omnia perdideras cæcis Nocturna sub umbris:
Calceolos, strophium, cingula, serta, togam.
Perdita jam reparata tibi sunt omnia nummis.
Perdita virginitas non redit ære tibi.

Historicus & Poëta.

Historicus non ficta tibi, sed facta recensit.
Ficta Poëta quidem, sed quasi facta refert.

Christo

Christo connixus nescio sterni.

CHRISTOPH. COCHII, Naumburg. SiL. SymboL.

ÆStu æstuq; omni, laqueos hinc indè dolosos,
Ut me prosternat, sternit in Orbe Satan.
Mente piâ Christo connixus nescio sterni.
Erigit & regit, & protegit ille Suos.

AD CASPARUM GROSSIUM, SIL. JC.

ERgò tibi stat adhuc sententia certa migrandi?
Sic est. immò hodiè crasvè minaris iter.
O utinam tecum possem comes ire; meosq;,
Quos olim vidi, nunc revidere animos!
MARPURGO si vivat adhuc GOCLENIUS Urbe,
Alter Aristoteles, alter in Orbe Plato:

Qui dederat mihi Francfurti dextramq́ fidemq́;
HIRTZVVIGIVS quà nunc culta Lycéa regit:
Si MYRTILLETI GRVTERVM videris, illud
Delicium Phœbi, deliciumq́ mei:
ARGENTORATI inprimis si numina vivant
Aonìdum, cordi Nomina grata meo:
Splendida Juridicæ MEIERVS stella Coronæ:
FLORVS &, Eloquii florida Suada Bonis.
CLVTENIVS Themidos Lux: CRVSIVS Artis Acibiles:
Nemo quibus tantà charior Vrbe fuit.
Si vivant, dico; qui digni Nestoris ævo:
Tu salvere meo nomine quemq́ jube.
Sub cælo nunquàm licet hæc mihi CORDA tueri:
In cælo dabit hæc cernere CORDA DEVS.

Ad

Ad Eundem.

PActa fide servare bonâ, bonus adpetit omnis:
Cui modò quid fidei, vel bonitatis inest.
Quidnî igitur præstent sua Pacta Diiq; Deæq;:
In quibus est Bonitas ipsa, ut & ipsa Fides.
Audis, quæ dico, GROSSI, ô suavissime GROSSI?
Quæ tibi dico, tibi gaudia certa movent.
Nosti, quæ tecum Themis olim Pacta ligavit?
Quæ tibi promisit præmia, quodvé Decus?
Tu mea, dixit, adi vigili conamine Sacra:
DOCTORIS titulus nobile fœnus erit.
Abs te, quod petiit, factum est. tu Codicis amplum
Tranâsti pelagus. Lex tibi quæq; patet.
Debita nunc restant Vtriusq; Insignia Juris.
Disserere de Pactis. Hæc Themis æqua dabit.

Ad

AD EUNDEM.

DIc mihi, quò properas ex noſtrâ Sleſide, GROSSI?
Cui favet ex animi-mente Patrona Themis:
In cujus redolente, † MICAS ROSA PVRA, Roſeto:
Spirat & ingenii, Commoda, ſuavis odor.
Sacra petiturus tibi Germina, certa laborum
Præmia, Rauriacum pergis adire Solum?
Perge DEO duce! Diva manûs Aſtræa Coronæ
Applicat: hacq; tuas vult decorare comas.
Cui, * *PIGRAS OSVS CVRAS, noctuq; diuq;*
Servis: hac meritò fert tibi tale Decus.
Gloria Virtutis comes eſt; ut Corporis, Vmbra:
Vmbra ſed hæc quôvis lumine fulgidior,
FAVTOR ABI felix! tibi nunc ego dico vianti.
Si vivam, reduci dicam ego; DOCTOR AVE!

† Caſparus Major: per anagr. *Pura micas Roſa.*
* Caſparus Groſius. *Pigras oſus curas.*

AULA.

AULA.

Ascensus gravis est: facilis descensus in aulâ.
Forsan habent similes Orcus & Aula gradûs.

AD BARTHOLOM. LANGIUM, Phil. & Med. D. Leobergæ Phys. Ord.

SIm conviva, rogas, Doctorum gloria LANGI.
Agnosco adfectûs candida signa tui.
Vix adparebo. sum frigore lassus & Austro.
Lectum, quàm mensæ fercula, malo dari.
Sed tamen adveniam. quid frigora curo, quid Austros?
Ignis amor tuus est. me fovet igne suo.

Tumulus.

LAZARI PAVLI, Pastoris Purschwitziani.

LAZARVS hîc Pauli dormit, sincerus amicus
CHRISTI: qui Mystæ vixit imago boni.

Ad tumulum geminata Soror Probitasq́; Fidesq́;,
Deplorant Fratris funera, damna Gregis.
His lacrumis addunt lacrumas Doctiq́; Boniq́;.
Nec tu qui legis hæc, fletibus absq́; legis.
Parce tamen. dormit *modò* Lazarus. *ergò necesse est,*
Rursus ut evigilet, post breve noctis iter.
Hæc ubi vox Christi penitrabit ad ima Sepulcri;
Lazare dico tibi surge; *resurget ovans.*
Tunc & amicitiâ Christi, sine fine fruetur,
Lazarus & Christi non laceratur amor.

Ebriam non puto castam.

E*Bria quottidiè mulier quæcunq́; videtur:*
Si nondum est meretrix; crede, futura brevi est.

GEOR-

GEORGIO WERNERO, SIL. Ecclesiast. Gierſdorff. Sponſo.

O Noba grata! tibi nubit VVERNERE puella.
Et faveo, & voveo cœlitùs omne bonum.
Sit fidus Socer inprimis; ſit amabilis uxor.
Si DEVS hæc dederit munera, multa dedit.

AD BARTHOLOM. HEMPELIUM, Phil.& Med D.

Hoſpes, ut hoſtis, adeſt veteri pro more Catarrhus.
Impete deciduo guttura rauca facit.
HEMPELI, ante fores ſacra ſunt Natalia Chriſti.
Me mea, quid dicam, Concio ſancta manet.
Quid dicam, ſi rauca mihi ſint guttura? nemo
Vel credenda ſibi, vel facienda, capit.
Præcipitem non furca tridens, non haſta, nec enſis
Ejicit hunc hoſtem: ſola Medela fugat.

Mitte

Mitte ex Hippocratis pharetrâ mihi tela: resistam.
Si non sufficiant prima; secunda dato.
Vtilitas & præda mea est, ubi Vicero. Verùm
Gloria, quæ prædâ pluris habenda, tua est.

AD EUNDEM.

E*Xabiit raucedo tuis ejecta sagittis:*
Quas olim magnus fecerat Hippocrates.
En tibi, qui mihi difficilis nequis esse mederi,
HEMPELI, medici gemma corusca chori:
Pro triplici triplices solvo medicamine grates.
Hæc-præter quæ me præmia ferre sinis?

In Gerrionem.

G*Errio, mentitur quisquis te dicit avarum.*
Non es avarus homo tu, sed avaritia.

Cum Amico Hoſpite jocatur.

EXigis, ut veniam toties conviva rogatus.
Non venio. ſervum ſed tibi mitto meum.
Res eadem non eſt? immò plus eſſe, probabo.
Pauca bibo; ſervus pocula mille poteſt.
Si fuerint hoſtes tibi, quoslibet enſe repellet.
Brachia parva mihi ſunt, tenerumq́; latus.
Clamandum eſt inter potum pro more? tacebo.
Inſtar ſed magni mugiet ille bovis.
Quis erit? effundet magnâ convitia voce.
Sed mihi concedit Scommata nulla pudor.
Ergò nihil, dicas, mihi tu præſtabis amicus?
Quæ non præſtiterit hic; ego præſto tibi.

PAULO SCHAFFERO, Muſico.

SI quem commendat ſuavis ſua Muſica: certè
Te tua commendat Muſica. Sacra canis.

Sunt, qui cantillant Venerem, laudantur ab illis,
Dedita qui Veneri corda animosq; gerunt.
Grata tibi Pietas; pietas tua grata Jehovæ,
Dant homines laudem; præmia Jova dabit.

Formosa-deformis.

Tam formosa tibi facies & amabile corpus:
Omnis ut hoc, ut & hanc, qui videt, omnis amet.
Tam tibi deformis formoso in corpore mens est:
Nullus ut hanc, ater sit nisi Dæmon, amet.

Pater decrepitus ad Filium adolescentem.

Longa peracta mihi; peragenda brevissima vita est.
Sed peragenda tibi longa; peracta brevis.
Hoc est; victa mihi mala plurima; paucul restant.
Illa tibi restant; hæc superata tibi.

CASPARO GROSIO, JC.

Esta dies rediit, quâ tres tria munera Reges,
(Quos dixit melior fama fuisse Magos.)
ontribuére novo tuguri sub cespite REGI:
Quà stat frugifero Bethla vetusta Solo.
x quorum numero primus, Rex Melchior: alter
Nomine Caspárus, scriba peritus erat:
altbasar insignis Dux belli, tertius: istis
Si fas est nugis credere Roma tuis.
ualia dona tibi; vel qualia vincula mittam?
Ut videas, in te sit mihi qualis amor.
sto Fides aurum: fidei Constantia, Myrrha:
Thus Candor, quôvis tempore gratus odor.
Hæc tria dona tibi, quibus insunt vincula, mitto.
Si qua retribuas munera; Cor mihi da.

Amico misero.

Pauper agis? non primus eris, non ultimus. Exul?
Terra sat ampla: tibi non negat illa locum.

Urbi non uni es, licet unâ natus in Urbe.
Sis quocunq; loco, patria quisq; locus.

AD CYRIACUM RUPERTUM.

Quisq; tuâ de gente mihi, Ruperte, favebat:
Dum jacui viduo sarcina mœsta thoro.
Nunc, ubi diva faces accendit Juno secundas:
Cur de gente tuâ, dic mihi, nemo favet?

In Symbolum

ESAIÆ PISCIS, Ecclesiast. Lignicens.

Sum Salvus Pastore DEO, struat ille vel iste
Orbe super, dirâ vel Styge mille technas
Nil metuo. pascit, defendit, curat, amatq;,
Colligit & cœli me sub ovile DEUS.
Jam quoq; me Lygiâ Pastorem fecit in Urbe:
Atq; thymo Verbi pascere jussit oves.

Qu

Quod jussit, faciam curâ vigilate. negabit
Mercedem mundus? quid moror? astra ferent.

EIDEM.

QVod capiant Homines pisces, satis Odera monstrat.
Quippè nec hæc aliquid res novitatis habet.
Sed multum novitatis habet res ista profectò:
Piscis quando homines, Piscis *amande, capit.*
Tu tamen hoc potes, & facis hoc vigilantibus ausis.
At non communi more, sed ore pio.
Verbum rete tuum; Mundus mare; cymba Cathédra est.
Hic tua sedulitas retia plena trahit.
Sit labor hic felix: hæc piscatura Saluti
Sit tibi sitq; tuis; opto tibi atq; tuis.

Magnus.

R*Ebus in humanis, nil magni nomine dignum.*
Magna animo magno despice, magnus eris.

In Aulum.

NOn numerare tui nummos potes, Aule, Parentis.
Post obitum videas, an numerare queas.
Multi, dum vivunt, multis bona multa recensent.
Post mortem Domini mortua quaeq; vident.

MARTINO HENDSCHELIO Poëtæ.

BEZA tuus quid agat, suavissimus ille poëta;
Aut cur non redeat sub tua tecta, rogas.
Carmine dulcifluo generat mihi gaudia mille.
Pro quibus autori basia mille fero.
Me Sacra quando vocant, reliquis hunc trado poëtis:
Candida Musæi quos colit ara mei.
Hic potiore loco stat, ut alter Apollo. poët.
Huic faciunt veteres Sacra, simulq; novi
Cur velit hinc igitur migrare, domumq; reverti?
Detinet hunc Amor, & quem meret æquus Honor.

Ac

Ad Eumdem.

Culta tibi dederat quondam meletemata Bezæ,
Monavius *Breslæ fama decusq́ue sua.*
Muneris autorem laudo, miror, benignum.
Cur ea miraris dona, Minerva refert?
Nec tibi, si cupias hæc carmina, denegat unquam.
Hendschelius. *flagrat totus amore tui.*
Non equidem renuit Bezæ meletemata; dixi.
Sed quæ non renuit, nec mihi metra dedit.

Ad Amicum.

QVid facias, nihili faciat cùm te Matho, quæris?
Fac nihili, nihili te Matho quando facit.

Ad triparcum bibulum.

PEssima sunt, quæ vina bibis. tamen hæc tibi grata?
Dicuntur. gratis an quia vina bibis?

Qualia vicinus vendit, sunt optima. verùm
Chara minùs tibi sunt. cur? quia cara nimis.

AD JOHAN. RUNTORFIUM, Diacon. Cæbenian. Collegam.

EJa age, RUNTORFI! tibi tertia nata propages
Mascula, delicias læticiasq́; novat.
Gratulor: ex animoq́; precor; Trias obferat alma
Post tres filiolos, tres tibi filiolas.
Forsan & hæc aliquando meis commota querelis,
Filiolos, juxtim filiolasq́; dabit.
Aut si filiolas mihi filiolosq́; negârit:
Det modò filiolum, filiolamve mihi:
Ne prorsus pereant Heermanni nomina mundo.
Si tamen ut pereant hæc quoq́;, Jova velit:
Deleat ex vitæ nunquam mea nomina Libro.
Sic mea florebit fama, decusq́; satis.

Ejusdem

Ejuſdem Parenti

OHAN. RUNTORFIO, Paſtori Falckenhagenſi in March.

GNato, JANE, tuo datus eſt nunc deſupèr hæres
Tertius, auſpicio proſperiore DEI.
Hunc ego myſta ſacro lavi Baptiſmatis amne.
Nobile Chriſtjani nomen ademptus erat.
Chriſtjanum dederat tibi Jova ſenilibus annis.
Abſtulit hunc avidâ mors properata manu.
Fundere te lacrumas juſſit Natura dolorq́;.
Abſtergit Nati nata propago tui.
Chriſtjanum revidere tuum cœleſtibus oris,
Electos inter, poſt tua fata, potes.
Hunc ut in his terris videas, reliquosq́; nepotes:
Ad nos ſub verno tempore, quæſo, veni,

Amori Conjugali

NICOL. HENELII, U.J.D. & Annæ Partisiæ, &c. 8. Eid. 8br. An. 1619.

SAt citò, si benè sat; Romana proverbia dicunt:
Sponse jubar Themidos Palladiiq; chori.
Ergò licet multos cælebs tibi vita per annos
Ducta; satis citò, dum sat benè Nupta datur.
Hæc Venus est, pulcri videas si corporis artûs:
Si placidos mores intueare; Charis.
Adspicias animum; quid adesse & abesse videbis;
Quod vel adesse animo, quod vel abesse velis.
Mense sub Augusto, Patre te si prodeat infans:
Sat benè, sat citò vir factus es, atq; Pater.

Vive,

Vive, ut vivas.

CHRISTOPH. REICHELII, Decani & Pastoris Lubenens. P.L. Symbolum.

UT, cum non liceat tibi vivere, vivere possis:
Hæc sit sub curis maxima cura tuis.
Vive tibi famæ studio melioris; Amico
Per benefacta; pio cultu & amore DEO.
Hæc tria conservant seclorum in secula vitam.
Hæc age. non poteris, cum moriére, mori.

M. CASPARO SVEVO, Scholæ Leorinæ R.

SVEVE tui passim celebratur gloria Ludi.
Hoc tua sedulitas ingeniumq́; facit.
Ad nos quæ Rumor plaudentibus adtulit alis:
Reverâ à Vero non aliena tulit.

Quinpotiùs video præsens majora Lycei,
Publica quàm potuit Fama referre, Bona.
Porrò tibi officioq; tuo benedicat Olympi
Rector, & æterni Flaminis igne regat
Corda juventutis suavissima: non sine fructu
Vt discant, quæ tu non sine laude doces.

In Ochlum.

DIvitias Chymicâ speras tibi lætus ab ollâ.
Spes est communis; res ea rara nimis.
Tollere pauperiem mihi vis, pauperrimus ipse.
Tu priùs Ochle tuam tolle; deinde meam.

In Avarum.

SAxea ceu domus est tibi, sic sunt saxea corda.
Est Dominus domui par, dominoq; domus.

AD PAULUM TANTZMANUM, Pastorem in Guren.

SAlve mi Tantzmanne. meas qui supplice gestu
Adfert & obfert literas:
Membrum Ecclesiolæ nostræ est: cognomine Judex:
Pagi propioris incola.
Sacra peracturus thalami, cum virgine quâdam,
Fidei tuæ concreditâ:
Me testem vitæ & fidei rogat. æqua petenti,
Petita quomodo denegem?
Vitam complectar versu breviore fidemq́:
Utrâq́ Christianus *est.*
Nec mihi quicquam aliâ constat de virgine: nuptam
Quam fortè nuncupet suam.
Officii caussâ juvenem ne desere. gratus
Et ore & ære erit. Vale.

Amico.

NEc tibi, nec domui dominatur, amice, marita:
Pœnè ancilla tua est, cur Dominam ergò vocas?

SAMUELI-GOTFREDO HEMPELIO, Spiritali mihi à baptism. Filio.

AUreolam tibi munus habe, verè-aurea proles:
Plus auro Matri chara, tuoq; Patri.
Aurea te pietas, te nutriat aurea virtus.
Purum aurum est, animus purior esto tibi.
Deniq; post annos centum, satura Urbis & Orbis,
Aurati subeas aurea templa poli.

M. CHRISTOPH. COCHIO P. L. Medico Lubenens. ord. secundùm Sponso.

Lugebas

Lugebas. tecum lugebam tempore luctûs.
Nunc ubi lætitiâ cor tibi replet Amor,
Exulto tecum, tecum inter gaudia raptus.
Officii genus hoc poscit utrumque Fides.
Scilicet illa fides, quæ vera, & amore fideli
Me tibi conjuugit, te sociatque mihi.
Nec saltim, COCHI suavissime, gaudeo tecum:
Sed simul hæc inter gaudia certa thori,
Opto tibi pariterque tuæ Sponsæ omnia: quæ tu
Sponse precare tibi; Sponsa vovetque sibi.
Immò sibi juximque tibi quæ Sponsa precatur:
Vel quæ tu Sponsæ Sponse, tibique voves:
Hæc devota tibi mea vota Tuæque precantur.
Hoc est; Conjugii fata secunda vovent.

Eidem.

ANna tibi placuit thalami sub fœdere primo.
Festa secunda paras nunc; placet Anna tibi.
Fœmina, prima fuit. virgo est hæc altera. quid tum?
Nox hoc discrimen tollere prima potest.

AD

AD GALLUM PETRI, Ecclesiast. in Hünern, Annæ Redlichiæ Sponsum.

GAllus es. & domus est tibi nunc, ubi GALLE canendum.
Sed sine Gallinâ Gallus in æde nihil.
Hinc non immeritò Gallinam quæris amicam:
Cui Vitale dedit lumen, Honesta *domus.*
Colliget hæc tecum Bonitatis grana supernæ.
Gallinas pariet, Galliculosq; novos.
Hos ubi, GALLE, tuos Gallina suosq; sub alis
Servabit pullos; quàm benè Galle canes!
Quas ego delicias oculis ubi videro, dicam:
Non sine re, Galli nomina Gallus habet.

AD PANDOLUM.

DEbeo. tu debes. pariunt hæc debita curas:
Solvere posse, mihi: posse negare, tibi.

BAL-

BALTH
Patritio (
Spon

MVlta

Pauca e
sponse tibi
sit facu
Et quia v

Sors bon
Hæc tibi f

Commo

ANDR
Sy

FVlmin

Est int

ALTHASARI HELDT,
atritio Gurano, Mariæ Hesleriæ, Sponſo; die Conſtantiæ, An. 1620.

MVlta vovent, qui vota ferunt tibi carmine multo.
Pauca ego ſub tenui carmine vota feram.
ponſe tibi ſit fida; tibi facunda ſit uxor.
Sit facunda thoro: ſit quoq́; gnava domo.
it quia vos nectit Conſtantia fœdere nupto:
Sors bona ſit ſtabilis; nec fugitivus amor.
Hæc tibi ſi dederit DEVS; ut dabit omne rogatus:
Commoda multa ſub hac commoditate dedit.

ANDREÆ COELICHIO,
Symmyſtæ Lubenenſ.

FVlmina, Cœlichi, loqueris. tibi dupla propago
Eſt intra denos contumulata dies?

Sors

Sors miserabilis hæc, hoc lamentabile fatum
Quem non in gemitûs solvat, & in lacrumas:
Non homo, sed lapis est. immò hoc lacrumabile fatum
Concutiet lapides, ut lacrumare velint.
Sed tamen has inter lacrumas lacrumar memento:
Ne te fortè Virum Theiologumq; *nege*
Durum; quod duo sint tibi corcula rapt sed ipso
A Domino, in Domini quod tibi rapt Domum;
Adfectûs levat hac lacrumarũ valle: nimis
Nec te, nec tecum me lacrumare sinit.

AD JUSTINAM STOSCHIAM Martini Hauschildii, Hernstad. Diac. Sponsam.

SPonsa, nihil metuis? Sponsus crudel gestat
Nomina. Martinum à Marte vocare s lent.
Nescio, quem clypeum feriant cognomin bello
Digna magis sunt hæc nomina, quàm th lamo.

Se

Sed ne quid metuas. sint nomina Martia! quid tum?
Mitia sub duro nomine corda latent.
Ut tamen interdum duri quid adesse videbis:
Fac tu, quod justum est, quodq; requirit amor.
Perfer & obdura. durum patientia mollit.
Tuq; feres, quia fers, dulce aliquando Lucrum.

Ad Sponsum.

AD tumulum plorare juvat, juvat addere Lessum,
Ad thalamum risus ferre jocosq; decet.

HELENÆ PRÆTORIÆ, Pauli Tantzmanni, Pastoris in Guren Conjugis.

Tumulus.

UNus hic est tumulus, quamvis non unus, in uno
Hoc tumulo duo sunt, quæ tumulata jacent.

Hic

Hic Genitrix; & in hac Genitrice Propago sepulta est.
Hujus & illius Spiritus astra videt.
Tantzmannus pater & conjux hæc funera luget.
Mors geminata, dolor quò geminetur, habet.
Sed minuit luctum; tumulo quòd utroq; resurget,
Viva patri Soboles, viva Marita vivo.

SEBASTIANO HELDT, Patricio & Mercatori Gurano primar.

FEbre labore. mihi prohibet Medicin falernum.
Nec solet ægrotis esse salubris aqua.
Vrbs quam vestra coquit, sufflat cerevis ventrem.
Impletur cerebrum, Bresla, liquore tuo.
Cœbenio vacuata carent quoq; vascula succ
Qui sapit, & stomacho potio grata m est.
Sæpè tibi Zythum vicina Polonia mittit.
Hunc avidè sitio. mittito, si quid habes.

Canth

Cantharus hôc redeat Cereali munere plenus!
Non Zythus; Superûm sed mihi nectar erit.

AD BARTHOL. HEMPELIUM, Phil. & Med. D.

Convalui. Medico sit gratia; gloria Jovæ!
Quidquid utriq; fero laudis; uterq; meret.
Magnus erat morbus. bonitas sed cœlica major:
Quæ morbi Furias sustulit arte tuâ.
Contentus grati DEUS est modulamine cordis.
HEMPELI, sed tu quid tibi, quæso, cupis?
Porrigit argentum mea dextera. sumere non vis.
In te perpetuus cuncta rependat amor.

Nuptiis N.N. gratulatur.

ADno dum visit, tremulo sacra templa canore,
Templorumq; basin, qui trepidare facit:

Quid

Quid ferat ille novi, rogo. nam novitatis amore,
Hæc inter patriæ tot nova, quisq́ calet.
Stöckelius thalamum sternit, poscitq́ poëma:
Hæc præter mihi jam sunt nova nulla, refert.
Inq́ ipso verbo jubet hos conscribere versûs.
Sit quasi versiculis plena crumena mihi.
Quid faciam tamen, ut nostro sine carmine non sis?
Distichon hoc unum carminis instar habe:
Prosint conjugii, quæ pangis, fœdera; prosint.
Prole thorus vigeat; plena sit ære domus

AD GARRULUM.

R*Ides, me totâ cœnâ nihil esse locutum..*
Non potui. taceat fac tua lingua: loquar.

In Pontilianum.

PErpetuo quateris morbo; paterisq; dolores,
Tollere quos nequis, & quos tolerare negas.
Esse mori nunquam, semper te vivere posse
Tu tamen exoptas, Pontiliane, tibi.
Hoc est; esse voves miser, & miser esse recusas:
Visq; mori semper, ne moriare semel.

IOHAN. SCHOBERO, Pastori Lebniciensi, & Barbaræ Sinneræ, Viduæ Habermann. Sponsis.

QVi de Conjugio DEUS optimus optima quæq;
Dixit: *de thalamo dixit & illa tuo.*
Quiq; Viro adduxit *primo, sub tempore primo,*
Primi ex carne viri quam fabricarat, Evam;

Ille tibi adducit Sociam, quam ducis, a
aram:
Vt tibi sit cordis, pars quia cordis, amor
Quid dicam ipse tuis de tædis? optim
quæq;:
Et mecum hæc dicunt optima, quiq; boni
Qui benedixit Adæ, vestro benedicat a
mori:
Vt Natos habeas tot, quot habere vove
Et de te dicat, qui te sciat esse Parentem:
Quàm felix thorus hic; quàm benedict
Domus!

Lusus amoridici.

RVrsus ut uxorem, vidui post tædi
lecti
Ducam: sæpè mihi svasor es; immò jube
Auspice te fiat. tu conciliare maritam
Et potes; atq; mei mulsus amore velis.
Qualem, quæris amas? viduam, dic, ann
puellam?
Charior est viduâ-conjuge virgo mihi.
Quanquam nil refert. Viduam quoq; ducer
possim,
Si proba, si primi sit sine prole viri.

Orphan

Orphana sit modò, quæ mecum vult vivere conjux:
Sive puella sit hæc, sive sit hæc vidua.
Me Socerum mihi des, rogo te per numina Phœbi.
Cujus adhuc genitor vivit, Amica vale.

TRISTIS adhuc, querulo gemitu noctesq; diesq;
Heu deploro mei frigida regna thori.
Et rectrice suâ domus orba dolore repletur.
Nil præter lacrumas angulus omnis habet.
Desine, sæpè mihi dicis. satis ubere fletu
Ploratum est : aliquem deniq; pone modum.
Non revocare potes lacrumis, quam Parca perémit.
Quod mutare nequis, ferre memento malum.
Parébo, faciam modò tu mihi quære pudicam.
Si benè quid facias, hoc fac: & omne facis.

UXOREM *ut ducam, me cura domesti-*
ca cogit:
Quæ tribui studiis ocia nulla sinit.
Consilio, Philadelphe, tuo succedat id, opto.
Tu potes auxilio vota juvare tuo.
Prorsus ego ignarus, quæ me via ducat ad
ædes:
Suavis ubi dextram jungere virgo ve-
lit:
Nec renuat posthac Conjux Heermanni
vocari,
Fati lege, meo consociata thoro.
Da mihi te facilem, tibi non ingratus ha-
bebor:
Si mihi consilio detur Amica tuo:

I*N gremio Rutæ peperit me Slesia tellus*
Slesia tot doctis nobilitata viris.
Artes me Pallas docuit sacra, Gratia mo-
res.
Nullius sceleris conscia corda gero.
Laurea me decorat; decorant Insignia va-
tem.
Hoc est Virtutis munus, hic artis ho-
nor.

Con

Conditio pariter mihi non-inhonesta parata est.
Servio; sed magno, qui regit omne, DEO.
Qui sim, jam nosti. tua quæ sit avuncula, novi.
Dic precor, an nolit, vel velit esse mea.

FILIA pulcra tibi est, primo generata cubili.
Hanc mihi conjugii lege maritet Amor.
Sic ego, sic inter risûs cyathosq; jocabar.
Tu contrà, nondum nubilis annus adest:
Si vis, exspecta, donec matura sit; inquis:
Sed vix hoc fieri fert tua cura domi.
Forsan adhuc alia est, ab eodem stemmate nata:
Quæ curare domum gnara, simulq; proba.
Hæc joca sunt. quid si fierent hæc Seria quondam?
Res tibi grata; mihi nec malè grata foret.

ADFINEM *si vis Heermannum agno-*
scere, certum
Ut mihi responsum detur, Amice juva.
Nupta sit aut non sit; modò sit mihi certa
voluntas.
Non tibi, non aliis, hinc inimicus ero.
Si mea sit; DEUS ipse meam vult esse ma-
ritam.
Sin minùs; haut voluit hanc DEUS es-
se meam.
Hæc vox digna fide est; fato *connubia fi*
unt.
Vota quis impediat, quæ rata Jova fa-
cit.

MECUM *plaude Venus. non est metu-*
enda repulsa.
Hæc lux est curis libera. dextra data es
Sum tua, virgo inquit, per saxa, per æqu
& ignes:
Nulla marita meam vincet in Orbe f
dem.
Ista dies meritò niveis signanda lapillis:
Quæ mihi lætitiæ tam bona caussa v-
nit.

H

Hoc propino vitrum tibi de meliore falerno,
Ut benè succedant, quæ benè cœpta. Salus!

ME Sponsum, Philadelphe vocas. sed quæ mea, nescis,
Virgo sit; aut ubi sit; quove parente sata.
Anna mihi Teichmanna placet, suavissima Nymphe:
Mellea virginei gratia delicii.
Guranæ Genitor vir erat primarius urbis.
Nunc cum Cælitibus jubilat arce poli.
Mater erat verè proba: quam quoq; morte peremptam
Omnis, qui probus est, laudat & omnis amat.
Æmula si matri fuerit; velut æmula matri
Plerumq; esse solet filia; culta sat est.
Quænam igitur mea sit, vel ubi sit, jam tibi dixi.
Quid tu? tu nostro dic benè conjugio.

QUÆSIVI Sociam mihi: nec tua vota
popoſci.
Ingentes iras concipis. ecquid agis?
Cùm nec viſa tibi mea, nec ſit nota puel-
la:
Quid mihi conſilii participare queas?
Hac nocet ira nihil, reſpondes, immò noce-
bit.
Et nocuit, lepores abſtulit illa duos.

GEORGIO TEICHMANO
Gura Sil. Adfini mellitiſſ.

DESponſata mihi Soror eſt tua, virg
pudica.
Tu meus affinis factus es; ipſe tuus.
Affines ſincera fides, & candor apei
tus,
Quicquid & à puro manat amore, de
cet,
Hæc tibi polliceor. tu polliceare vici
ſim
Hæc mihi, rumpentem fœdera, rump
Erit.

An

Annæ Teichmannæ, Conjugi.

Vitari ut queat inter nos discordia; credas
Te cor esse meum; me caput esse tuum.

CASPARO GROSIO JC.
& Johan. Ammonio,
SIL.

Post quintam mea me Conjux farcimine pascet.
Vos, precor, ô cordis corda gemella mei:
Splendidiora domi quamvis sint fercula vobis:
Ut lautas epulas nobilis aula coquit:
Hac vespertinâ mecum tamen esse velitis
Luce, famem solet & cœna levare brevis.
Si quantum satis est, adsit: quis cætera curat?
Quisquis edit tantùm mollia; mollis homo est.

Nuptiis.
CASPARIS GROSI, U. J. D.
& Saræ Hempeliæ, Viduæ
Closianæ.

TErra parit, peperitq; suos hoc tempore fructûs:
Quô Sara chara tibi est Sponsa, quid inde precer.
Germina multa Soli sunt; tot & opto thori.
Nam quò fœta magis terra, beata magis.
Quò magis aucta rosis, chara roseta magis.
Quò magis arborea est silva, venusta magis.
Quò magis ampla virent prata, decora magis.
Quò magè fertilis est vitis, amœna magis.
Quò magis urbs muris ardua, firma magis.
Quò gemmata magis, pulcra corona magis.
Quò magis astrata est nox, speciosa magis.
Quò fœcunda magis fœmina, grata magis.

Ad

Ad Sponsum.

Nomina Patris habet, Patris genuina propago.
Si mihi sit Soboles, nomina nostra gerat.
Matre Sarâ, tibi si nascatur Parvula *proles*
GROSI: *quî poterit nomen habere Patris?*

In obitum.

M. MARTINI ETHNERI, Theol. & Pastoris Gurani.

Quod decet in mundo quem scire, id scire, Decorum est:
Et plausus hominum, divitiasq; meret.
Ethnerus didicit sacrum Sophos atq; Profanum:
Hoc mecum, & sine me, fatur utrumq; Sophos.
Hinc æterna sibi meruit præconia laudum:
Et, sibi quod Docti promeruisse queunt.

Ars tamen est melior, meliora'q; dona lucratur;
Corde pio, Christi corredamare pium.
Talibus Ethneri incaluerunt pectora flammis.
Nunc Bona plura capit, quàm cupit, arce DEI.
Qui ploras, noli plorare. Beatus, amore
Si simili Ethneri cor imiteris, eris.

LEONHARDO KOTWITZ, in Köben, Regii in Diocœs. Guran. Judicii Adsessori.

Ægrotante tuâ, Generose Patrone, Maritâ:
Quottidiè effudit nubilus Auster aquas.
Cur? facies cœli lacrumata est ubere nimbro
Angores, HELENE *quos tua passa, graves.*
Hæc sed ubi moriens moribundo è carcere migrat;
Imber abit; cœli tecta serena micant.

Spi-

Spiritus est Superûm vectus super æthera
curru.
Hinc gaudent cœli, cœlituumq́ chori.

Sit modus in lacrumis.

Sicca tibi ne sint, tibi si moriantur Amici,
Lumina. sed nimio nec tamen imbre
fluant.
Ejulat, & querulo Mulier ferit æthera
planctu:
Ostendunt lacrumas Mascula corda
suas.
Immodicè qui flet, defunctis invidet
astra.
Nullus ubi dolor est, est ibi nullus
amor.
Rebus in omnimodis Modus augustissima
res est.
Nec minùs in luctu res generosa Modus.

Epitaphium

HELENÆ SCOPPIÆ, Leonh. à Kottwitz & Conjugis.

SAlve: & si quid te moveant Mortalia, Lector,
Siste pedes. tecum sub scrobe pauca loquar.
Scoppia, si nescis, Patre sum; sum Bockia Matre:
Bimula vix, Genitor cùm moreretur, eram.
Annus adhuc deerat mihi de trieteride quintâ:
Cottwicii viduum nupta subintro thorum.
Undenos cum quo transegi suaviter annos:
Mansit amor constans, & sine labe fides.
Sexta mihi Soboles (quæ Filia quarta) ubi nata est:
Vndecimo mundi desero regna die.
Tot, quot ego reperi, pupillos Orbe relinquo:
Tres Natas, Natos (corda tenella) duos.

Vnica

Vrica prævertit me filia morte: beatam
Quam nunc ante DEI cerno beata thronum.
Tantum est, quod volui. Meditare novissima, Lector.
Præcessi, *brevis est hora*; sequéris. *Abi*

JOHAN. HEERMANNI

EPIGRAMMATUM

LIBER IX.

Qui continet.

Sortilegia Lycophrontica.

hoc est;

ANAGRAMMATA.

Ca-

CAROLUS DUX MUNSTERBERGENSIS ET OELSINENSIS.

(Comes Glacensis, Dominus Be-olstadiensis, Sternbergensis, & Jaischwicensis: Supremus Silesiarum Præfectus, &c.)

Lux Regno micans: Slesis Deus: Terris benè notus.

Laude suos celebret Marcellos, Cæsara, Brutos,
Vel Fabios, mundi nobile Roma Caput.
Non minor est; immò virtus tua CAROLE, *Major:*
Omnibus in terris quâ benè notus ovas.
Omnis ait tellus, quam lustrat Vesper & Ortus:
Quod Lux sis Regno, Silesiisq; Deus.

Jo-

JOANNES CHRISTIANUS DUX IN SILESIA LIGNESIO-BRIGEUS.

Ex Illustri Basi, ac divino Sanguine insignis es Heros.

EVge! Basi illustri ac divino ex Sanguine es Heros
Insignis: *Patriæ Dux bonus; immò Pater.*
Quis locus in terris, ubi non tua cognita Virtus;
O Princeps? ubi non hæc tua Fama volat?
Non minùs in nostris stabit tamen illa Libellis.
Laudo, sit antè licet notus ubiq; Deum.

JOAN. CHRISTIANUS DUX IN SILESIA, LEGNESIO-BREGÆUS.

Heros laudabilis, natus ex regio Sanguine, Cinis es.

Quo

Quotidiè Regis vox hæc erat aure Philippi:
Quòd sis mortalis, vive Philippe memor!
Talibus acclamare tibi, Dux *inclute, verbis,*
Si licet inversi nominis Ordo jubet
Sanguine de Regum natus, laudabilis Heros,
Quòd Cinis es, *noctu vive diuq; memor.*
Qui memor extremæ est horæ, sub qualibet horâ:
Sic aget, ut, quod agat, non doliturus agat.

GEORGIUS à SCHOENAICH
(L.B: in Carolat Beuthen/Milkaw &c. S. G. ac R. in Hung. & Boem. Maj. Conf. Utr. Sil. & Lusat. in Reg. Cam. Cancell.)

Age, Corona vigescis.

Eia

Ela age SCHOENAICHI, *Veneranda*
Corona vigescis:
Cui *Virtus gemmas, cui dat Apollo ju-*
bar.
Vt capiti Diadema decus : sic Tu decus
Orbi.
Hinc & te Cæsar, qui Caput Orbis,
amat.

GEORGIUS Von NOSTIETS.
(in Klüx & Jahmen: Ducatûs
Gorl Præfectus.)

Totus rego ingeniosus.

Q*Vas mihi Romanus commisit* CÆ-
SAR *habenas.*
Ingeniosus *adhuc* totus *ut antè*, rego.
Res equidem gravis est, sed me quia JOVA
gubernat,
Est & in ingenio Scibile quodq; meo
Felici rego sorte. DEO *rectore, Minerva*
Auspice, sat felix, qui regit, ille regit.

ADAMUS à STANGE
(in Cunitz & Stonsdorff. Consil
Lygio-Bregens.)

Magn

Magnâ ſatus Deâ.

FRunde ſub Aoniâ recubabat Muſa, rogabam,
Stemmate quô, vel quâ ſis genitrice ſatus?
Non eſt terrigenûm, reſpondet, ſanguine natus:
A magnâ ſatis eſt proſatus ille Deâ.
Hunc peperit Virtus; hunc nutriit incluta Pallas.
Hinc tot Virtutes, dona tot Artis habet.

CHRISTOPHORUS-FRIDERICUS Von CANITTS.

(& Dalwitz, in Fiſchbach & Ritſchen Hæred.)

Hic Vir fortis eſt: in hoc purus Candor eſt.

FOrtis hic eſt Vir, in hoc eſt purus candor. honori
Inſcripſit decus hoc ipſa Minerva tuo:
CANITZIO patriæ columen laudabile, cordi
Verba tuo loquens conſona; fucus abeſt.

Per-

Perpera non timidè; tumidè non prospera perfers.
Corde sed heroë fortis utrinq; manes.

FABIANUS Von COTTWITS (in Weißhaltz/Wetsch/Borck/Sabor/Milchaw etc. judicii Reg. in Ducatu Glog. Adsessor.)

Sub Fato invictus, ut Noa.
Tu sub Fato invictus Noa.

P*Rimus ubi periit propter sua crimina Mundus:*
Arca Noa in mediis salva natabat aquis.
Mundus & hic pereat! metuas mala nulla, sub omni
Invictus Fato, ceu Noa, *tutus eris.*
Quisquis amore DEUM *colit, ut Noa, servat & Æquum:*
Hunc redamat DEUS, *& servat, ut antè Noam.*

FA-

FABIANUS COTTWIETS.

Sub Votis Fata Vincet.

FAta irata tibi si tristia quæq; minantur:

Crebra fac ex calido pectore vota DEO.

Sub Votis Vincet *tua Mens, tristissima* Fata:

Vt tibi nec valeant, nec nocuisse Tuis.

Fata valent. sed Vota tamen pia, vincere possunt

Fata. nihil Votis fortius Orbis habet.

FABIANUS à COTWITS

Vitâ justus, fac bona.

FABIANUS à COTWIETS

Fac bona, & justa Usui

IUsta fac & bona, COTVVITZI: *quæ publicus Vsus,*

Vtilitasq; tua postulat æqua Domûs.

Pronus ut hæc faciat, cur Nominis admonet Omen?

Justa *facit justus Vir; bona quisq; Bonus.*

FA-

FABIANUS à COTTWIETS

Vita sub Fatis; ut Cœna.

FAta *regunt homines.* sub Fatis vivimus omnes.
Cogitur & quivis hîc sua fata pati.
Sed tua si quæras, sub Fatis Vita *quid hæc sit:*
Dico Lycophroneo carmine; Cœna brevis.
Verba facis, comedis, bibis. his ubi cœna peracta est:
Adproperat celeri Nox pede; nocte Sopor.
Sic tua Vita fugit, sic vitæ gloria. sæpè
In medio cursu Mors tibi fila secat.
Qui placidè dormire volunt, breviore fruuntur
Cœnâ: nec vino membra replere solent.
Mors Sopor est. dulci si vis requiescere somno:
Sobrietas oculos claudat amanda tuos.

FABIANUS COTTWICIUS.

Invictus ovat Fabius.

Quis

QVis fuerit Fabius Romani flore sub aevi;
Historiae referunt: Martis & Artis honos.
Nec cedit Fabio FABIANUS Marte nec Arte.
Invictus Fabius (quis neget?) alter ova

HIERON: M - AUGUSTINUS.
Von CANITS.
(& Dalwitz in Urschkaw &c. Hereditar.)

In hoc Viro stat animus ingenuus.

CAndor & integritas jam fermè mortua, mundus
Mellea verba facit, fellea corda gerit.
Ingenuus stat in hoc animus, sine fraude, sine astu:
CANITZI, in te animus candidus ille micat.
Fumo sunt digni, soleant qui vendere fumum.
Integritas homini grata, & amata DEO.

HEIN-

HEINRICUS Von NIEBEL-
SCHITS.
(in Ridschitz: Hereditar. Arcis Rutanæ Possessor.)

En Hic Vir bonus, hic lenis est.

EN hic Vir bonus est, hic *pectore* lenis & ore.
Hoc, Vir Magne, tui nominis omen habes.
Non temerè natum, sed factum ab Apolline. talpa est,
Has qui virtutes non videt esse tuas.

SEBASTIANUS à COTWIETS
(& Köben / in Schüttlaw & Lancken.)
In Jesu totus; ac sat beatus.

SEBASTIANUS à COTWIETS
Sub sanctitate JESU ovas.

Ne-

NEmo innocens. quin immò menstruus velut
Pannus, mea omnis sanctitas. sed ubere
Lotus cruore JESU, & illâ Gratiâ
Fretus DEI Patris mei non anxius
Despero: firmâ sed fide subeo polum.
In JESU enim qui totus est, beatus est.
Qui JESU ovat sub sanctitate, sanctus est.

SEBASTIANUS Von COTTWIETS.

Totus conatus, in JESU beatus.

QUidquid ago, JESU perago duce. totus in uno
JESU conatus nempe beatus erit.

EJUSDEM.

Secunda Conjux.

Heva/ geborne Rotkirchinn.

(piæ memoriæ.)

O HErr / nu bin ich ja gekrönet.

INsidias Carnis, mundi mala, Dæmonis astûs,
Et tandem vici Mortis agona, Fide.
Hinc ego cum Superis, cœli super axe, triumphans,
Æternæ vitæ regia Serta gero.

EJUSDEM.

tertia Sponsa.

Helena/ geborne Kreckwietzinn.

Gott kan in Hertzen lieb erwecken.

ACcensas quod amore faces sub pectore vibret,
Fingitur, in toto qui volat Orbe, Puer.
Non puer hic; DEUS est, Animi qui ventilat ignes:
Hic quoq; Cor HELENÆ, cordis amore, replet.

Faxit,

Faxit, Amor thalamum, thalamus fœcundet amorem,
Ille Deus; thalami qui Cor, amoris amor.

LEONHARDUS à COTWITS.
(in Köben & Nistitz Hereditar. Musarum Patronus munificus.)

Tu, tu corona laudis es.

LAus alios generose Viros LEONHARDE *coronat,*
Qui laudem factis sunt meriti eximiis.
Laudis es ipsius sed tu speciosa Corona,
Laude tuâ. nihil est Laus sinè laude tuâ.
Quantùm igitur Sol laude suâ Lunæ antèit ignem,
Hæc quod ab illius sit radiosa face.
Tantùm etiam Laudem tua laus illa anteit omnem;
Quòd sinè laude tuâ Hæc sit sinè laude suâ.

LEONHARDUS à COTWIETS
Usu cœlesti durant.

Terra quod educit gremio, longo perit usu.
Nec minus ipsa suum sentiet interitum.
Non ita, quod cœlo est. Vsu cœlestia durant,
Ergò placet cœlum quærere; terra Vale.

LEONHARDUS à COTWITS
Novit Deus, ac solatur.

LEONHARDUS Von COTWIETS.
En! ortus novi Luctus à DEO.

LEONHARDUS COTTWIETS.
Luctus in te ortus, à DEO.
Luctus est à Triuno DEO.

LEONHARDUS à COTWIETC.
Luctus venit à Charo DEO.

Quid

Quid querularis in hoc, Mens adflictissima, Luctu?
Jure doles equidem: pars quia rapta Tui:
E lecto dum rapta tuo dilecta Marita est:
Quæ pars; quæ cordis cor erat immò tui.
A DOMINO *sed quod Luctus,* LEONHARDE, *sit ortus:*
Hoc ipsum est, Luctûs quo relevetur onus.
ILLE *tuos novit gemitûs, solatur &* ILLE
Te, qui solari sub cruce quemq; solet.
Hôc quicunq; DEI *fretus solamine luget:*
Sub luctu celebrat, magnificatq; DEUM.

Margaretha/geborne Chanitzin.

(Dn. Leonh. à Kottwitz. &c. Conjunx prima. p. m.)

Mein Hertz brande gar nach GOTT.

FAmosâ cruce qui pro me sublimè pependit:
Illius ex lateris flumine Philtra bibi.
Hinc mihi nemo placet, nisi JESUS. *cernere* JESUM.
In cœlo ut liceat, res mihi grata, mori.
Quem vidi antè Fide; video super æthere totum.
Felix! quem meus hic, quem sacer urit Amor!

HELENA SCOPPIA.

Eo Pacis plena.

BElla gerit vitaq; ferit discrimina Mundus:
Ut pacem in mediâ Pax quoq; pace neget.
Omnibus his ego morte piâ sum libera turbis:
Cerno ne ullius signa maligna Mali.
Pacis eo *sed* plena, *per ipsa habitacula Pacis:*
Nil Satanas, Mundi nil mihi tela nocent.

Nec

Nec scio, quid Mars, quid Discordia filia Martis;
Hic video, quid sit Pax: scio, quid sit Amor.
Qui mea plus æquo deplorat funera: Pacem.
Quà fruor in cœlis, invidet ille mihi.

HELENA SCOPPIAS.
(Dn. Leonh. à Kottwiz &c: Conjunx secunda. p.m.)
Sapiens placeo.

NOsse DEUM; curare Domum; parere Marito,
Rectè educare Liberos:
Et tandem benè posse mori; sapientia tanta est:
Quæ Fœminis est maxima.
Hinc placeo Sapiens Hominiq; DEOq;. nec ista
Laus interit post funera.

HENRICUS à HAUGWITS
(in Brodellwitz &c. Hereditar.)

Næ hic Auguſtus Vir.

NObilitas Generis ſi quid valet, & vigor Artis:
Virtutum ſi quid clara trophæa juvant:
Næ (loquor HaugVVitio de noſtro) Auguſtus hic eſt Vir
Cui genus & virtus & vigor artis adeſt.

Næ hic Vir Auguſtus.

SI benefacta æquâ, velut æquum eſt, pendeo lance:
Næ vir hic Auguſtus per benefacta meus.

WENCESILAUS à ROTT-KIRCH.

(in Winzenberg & Hennigsdorf &c. Hereditar.)

Elucet in hoc ſacra virtus.

Virtus ac Ars in hoc elucet.

Si

SI Bona, quæ bona sunt, penes hunc sunt omnia: Sacra
Quem penes est Virtus, quem penes Artis honor.
Hæc Bona, ROTKIRCHI, sunt te penes omnia. namq;
Te penes est virtus, te penes artis honor.
Sic virtute decet niti, sic arte; & avitum
Amplificare magis stemma, utriusq; Bonis!

SIGIMUNDUS à LESTWITS.

(& Wirschewitz / in Tschirnitz & Gulgelwitz.)

Divis Angelis sum tutus.

EXcubias agit angelicus chorus ante piorum
Ædes: & his stat fidus ad latus comes.
Vivo pius, quantum possum, & mala crimina vito.
Sum tutus ergò ubiq; divis Angelis.

ISRAEL à CANITS.
(in Ratschitz & Züchen Hæreditar.)
Is cara Lenitas.

Fixa tuo cordi vox Regis regia Cyri est:
A Patre nil differt bono bonus Princeps.
Corde regis leni quia subdita corda CANITZI:
Ut Lenitas ipsa esse cara credaris.
Grata DEO atq; homini, Sceptri Clementia rectrix,
Vastat Tyrannis regna, delet & Reges.

SIEGISMUNDUS Von NIEBELSCHIETTS
(in Groß- & Klein- Gaffros &c. Alten Walaw &c. Hereditar. Ducat. Wolav. Capitan.)
Tu Silesis Decus, & insigne Bonum.

Ex-

Filius Japeti cùm mentem animi tibi finxit:
Quicquid adesse boni vis, dedit omne bonum
SIGSMUNDE. *hinc Slesis insigne Bonumq; decusq;*
Diceris, (& meritò) voce Lycophroniâ.

IDEM, die nuptiali alloqueb. Cordis Dimidium, Sponsam suaviss. quæ est.

Helena geborne Kanitzin.

Ach eine gantz liebe Kron.
Gezieret/kan ein Lob han.

Sponsa mihi salve nexu socianda jugali:
Viva tui sexûs gloria, suave decus.
Tota mihi Sponso preciosa Corona nitescis:
Virtutum radiant lumina, corde tuo.
Nympha veni dilecta! DEUS *nos copulet ambos!*
Trado meum tibi cor. tu mihi redde tuum!

Cordis amor nostri sit ab omni parte beatus:
Et sit pacificus, prolificusq; thorus.

GEORGIUS à COTTWIETS.
Vigesco, ut Rosa viget.

Ætate hac tenerâ, viget ut Rosa pulcra, vigesco:
Purpureo facies tincta colore micat.
Cor decorat Probitas, & Morum gratia, mentem
Hinc Patris & Matris recreo flore meo.
Si mihi porrò DEVS Vitæ concesserit usum:
Adficiet totum flos meus ELYSIUM.

SIGSMUNDUS à COTWITS.
Doctis, munis Augustus.

Res plerumq; domi nimis est angusta Poëtis,
Nulla, sub arce sacrâ Palladis, æra sonant.

Sed

Sed tu munis eris Doctis Augustus: & Artes,
Ne pereant, Patris more juvare voles.
Ergò tibi vitam voveant super Orbe perennem:
Qui Musis vitam, carminibusq́ue vovent.

Helena/geborne Kottwitzinn.

In Not eile zu GOTT: Er kan behüten.

SVb cruce quære DEVM gressu properante. tueri
Te DEVS in cunctis vultq́ue valetq́ue malis.

SEBASTIANUS à COTWIETS.

Castus es, & viva bonitas.

COTVVITZI, *Charitum rosa, Phœbi nata sub arvo:*
En anagramma, tui nominis omen habe.

Castus es, & viva es bonitas. quid pulcrius isthoc
Ellogio poterit, si legis omne, legi?

FRIDERICUS Von COTT-WITS.

Vince Deus! tu fortis victor.

V*Agio sub cunis genitus sine viribus infans.*
Contra Unctos Domini quantus in Orbe furor!
Si tribuam mihi, Marte meo mala vincere, vincar
Cum vires absint, adjuvat ira nihil.
Robore vince tuo, qui contra me mala cudunt:
Tu fortis victor, tu DEUS, Umbo meus.

FRIDERICUS Von COTT-WITS.

Fide totus Orcus vincitur.

CHRISTO *fide. Fide totus tibi vincitur Orbis.*
Fortius hôc nullum robore Mundus habet.

TO-

TOBIAS SCULTETUS,
(à BregOschitz & Schwanensee.
JC. Com. Palat. S. C. M. Consil.
&c. Suprem. Fisci per utramq;
Sil. & Lusat. Patron.)

Is sub scuto latet.

MVgiat æther, & tremat Orbis, & infremat Orcus.
SCULTETUS *metuat nulla pericla sibi.*
Sub scuto latet ille DEI, latet ille sub alis.
Omnibus ergò potest fortior esse malis.

EGIDIUS HUNNIUS.
(SS. Theol. D. Prof. Witeberg. P.)

Divinus Genius.

DIVinus Genius quòd sis, venerandà loquuntur,
HUNNI, *Leucorides templa Cathédra docet.*

Tota

Tota probat quin immò suo Germania puncto:
Relligio quibus & pura placere solet.

NICOLAUS RHEDINGER.
(in Strisa &c. Eq. Sil. beatè mortuus.
Clarus in Regno DEI,

CLarus eram, dum vivus eram super Orbe. nec Orbis
Post mea fata potest immemor esse mei.
In Regno nunc vivo DEI super æthere Clarus.
Ignivomos superat mens mea Solis equos.

JANUS GRUTERUS
(J.C. Myrtilleti Bibliothec. Elect.)
Verus, ingratus.

CVm quis ad alterius nutum sua verba colorat:
Seu sint vera, meris seu phalerata tenis:

Ex-

Excellens falsâ sub laude Politicus audit:
Et passim antiquum PLAUDITE & *Eugé meret.*
Verus at, æquidico mensurans verba dioptro,
Æstimio ingratus, Munde maligne, tuo est.
Esto! sed hæc mundi quis curat puncta maligni?
Lingua Viri veri dum-modo grata DEO.

JOANNES ARNOLDUS MIETTERSPACHERUS.
(J. U. D. & Sereniss. Archi-Duc. Austr. LEOPOLDI, Episc. Argent. Consil.)

Mens es pleno jure, ut Castor, radians.

MEsi quis roget Archi-Ducis Legate, quid aut quis
Tu sis, aut tua laus quanta sit; hæc referam.

Mens

Mens pleno jure est radians, ut Castor & astra.
Sed quæ sunt omni cognita, nemo rogat.

MELCHIOR ECCARDUS.
(Ducat Munsterberg. & Olsnens. Superint.)
Cor decies-clarum.

R*Elligio, Pietas, Virtus, & Palladis artes,*
Svada, Lepor, Sophia, Candor, Apollo, Charis,
Corde tuo resident, ECCARDE, *Vir optime. cur non*
Cor decies-clarum, cor sit ovetq; tuum?

JOHANNES NEOMENIUS.
(Ecclesiast. Aulicus & Superint. BREG.)
Mens non sine JEHOVA.

N*Vmen habet, calamo quod profers, ore quod effers,*
Rector Bregiaci JANE *Ministerii.*

Quid

Quid mirum? tua mens - animi non absque
JEHOVA est.
Hinc, quod ab ore fluit, quod calamoque, Sacrum est.

CASPARUS CUNRADI.
(Phil & Med. C.P.L.C.)

Carus ac Pindarus.

Pindarus antiquo Vates gratissimus ævo,
Carmine promeruit nomina, digna Cedro.
Pindarus alter ovas, Lyricâ Cunrade Camœnâ:
Quæ tibi perpetuæ laudis aroma dedit.
Ipsa tibi dicit Germania; Carus es æquè
Nobis, ac fuerat Pindarus Argolicis.

Vel

Cura sacra Pindus.

Cura tua est Pindus; Pindi tu cura vicissim.
Illius laudes tu canis; ille tuas.

JUSTUS MEIERUS
(J.U.D. Acad. Argentinen. P.P.)

Jus

Jus Ei murus est.
Musis jus tuere.

Contra Justitiæ quæcumque Sophismata lucem,
Triconum rabies impetuosa crepat:
MEIERUS *superat, solidèque refutat ad unguem.*
Hæc admiranti, talia Phœbus ait.
Murus Ei Ius est, quo tela Sophistica frangit;
Frangimus ut facili vitra caduca manu.
Hinc illa ingenii laudata trophæa parantur:
Hinc in Iuridicâ gymnade semper ovat.
Quidni semper oves, quidni MEIERE *triumphes?*
Quùm te pugnantem jusque Themisque juvent.
Quid juri referes? ut te, Meiere tuetur:
Sic quoque jus Musis ipse tuere tuis.

CHRISTOPHORUS QUARTUS.

(Phil. M. & Glogov. Pastor.)

Hic prorsus Torquatus.

Torquis erat quondam Virtutum insigne brabejum.
Præmia Torquatus Manlius ista tulit.
QUARTE ferenda tuis Virtutibus aurea torquis,
Si virtutis adhuc laus valet ulla, venit.
At licet hæc mundus tibi præmia fortè recuset:
Gaude. Torquatus prorsus in æthere eris.

NATHANAEL TILESIUS

(Theologus Milicens. P. L. C.)

Tu sanè lenis Thalia.

Quòd tu sis lenis, TILESI clare, Thalia:
Lenes versiculi, quos modulare, probant.

JOANNES BREITHORIUS.
(J.C. Ducat. GLOGOR. à Secretis.)
En juris ero Bonitas.

A Straam in cœlos ajunt migrâsse; sed errant.
Si nemo; Bonitas en ego juris ero!
Ante meos oculos semper Themis aurea versans,
Quæ scribenda mihi, quæ referenda, docet.
Ergò quod in terris sit adhuc Astræa superstes;
Omnia, quæ scribo, quæ tibi dico, probant.

MELCHIOR SEBISCHIUS.
(Med. D. & Profess. Argentinens.)
Musis Coi celebris.

M Vsa quòd æternum meritis adscribat honorem;
Quem sortis tumidæ nulla teredo terit.

Te-

Testis es, Hippocratis qui scripta perita,
SEBISCHI
Doctus es à teneris acriter unguiculis.
Jam celebris Coi Musis es redditus Orbi:
Jam tua doctorum fama per ora volat.
Helluo nummorum clarescat divite censu,
Claruit ut Crassus Mygdoniusq; Mida,
Laus ea sorte velut venit, sic sorte recessit.
Laus tua, cum Coi laude, perenne manet.

SIMON GRUNÆUS.
(Phil. Theol. & Poëta.)

Romanus Genius.

EMmetra Musæis quod plena caloribus edis;
Quod sedet in scriptis Svada Venusq; tuis:
Nil mirum est. in te Genius Romanus. hic omni
Melle Poëtarum te saturare solet.

ELEA-

ELEASARUS TILESIU

(à Tilenavv. J.C.)

Vera sis Jesu Stella.

IN tenebris sedeo: quæ me via ducat
astra,
Non ego; non alius, qui mihi monstre
adest.
Stella meæ vitæ sis Jesu *vera, viaq;:*
Luce tuâ video, qua sit eunda via.
Et tandem è tenebris mundi me transf
ad astra,
Inter ubi Stellas Stella micabo Poli.

JOHANNES-JACOBU RIEPPIUS D.

(JC. Argent. & Poëta.)

Vires Jason, ac Pindi Phœbus.

NOn ego te RIEPPI, *vivo sub schema*
vidi.
Es tamen exterius notus, & interius.

Iur

Iure Vires Iason; ac Pindi, carmine Phœbus.
Vnde habeam, quæris? publica Fama refert.

NICOLAUS HENELIUS.
(Juris Utr. D.)
Veni! in Celo Salus.

FUlmina nos-contra movet æther, culmina rupes,
Flamina turbo, citis flumina pontus aquis:
Mars iras, Diras Styx, vires mors, Draco virus,
Terra viros. hoc est: omnia plena malis.
Nulla salus mundo. Mens ô mea, respice cœlum.
In cœlo DEVS est omnis & una salus.
Ille DEVS, qui nostra salus, nutu facit: ut sint,
Quæ sunt plena malis, omnia plena bonis.

MATTHÆUS WEINTRITUS.

(Phil.M.Reip.Breg.Consul.)

Tu Virtute animatus es.

Justitiæ vindex, WEINTRITE, caputq́; Senatûs:
Quî fit, tam faustè quod data fræna regas?
Vna facit Virtus. virtute animatus es omni:
Qui virtute regit præside, rex bonus est.

JOANNES-MICHAEL BEUTHERUS.

(J.Utr.D.Profess. Argentinens. P.)

Hic verno bene-salva Themis.

Chloris odorifero residens in gramine; Divam
Quam similem nobis esse putatis? ait.
Tot flores teneros, tot germina pulcra, tot herbas,
Terra meo prægnans semine facta parit.
Audiit hæc Themis, & ; quur tecum ita Flora superbis?
Quod tua terra parit, dixit, id omne perit.

Glo-

Gloria, quam gigno, per quævis secula durat.
BEUTHERUS, *tibi me dicere vera, probat.*
Cujus in ingenio verno benè salva: nec ætas
Auferet hoc nostri nominis ulla decus.

JOANNES AB HOECCELSHOVEN.

(Philosophus & Schol. Magdal. Uratisl R.

In Scenâ Scholæ, benè ovo.

EVge! benè in scenâ Scholæ ovo: laudisq; corollâ
Implicuit nostras Ars genuina comas.
Et non impediit Livor? mysteriá Phœbi,
Qui quùm non didicit, me didicisse dolet.
Et quem, quod faciliq; viâ, methodoq; rotundâ
Discipulos Sophiæ duco per arva, piget.
Ipsa meam Sophie probat hanc methodumqué viamq;:
Improbet hanc Livor; si probat illa, sat est.

JOACHIMUS CLUTENIUS.
(Juris Utr. D.& Profess. Argentinens.)

In me Cujacius, ut Sol.

CLarus & acceptus toti Cujacius orbi,
Orbe nitet toto scripta per ingenii.
In te, CLUTENI, *radiat Cujacius, ut Sol.*
Ergò tibi ex scriptis par quoq; fama tuis.

MELIOR REDLICHIUS.
(Phil.M.Archi-Diacon.Guranus.)

Vir mellei cordis.

MEllea musa tibi, tibi Vox est mellea. Cordis
Effluit ex imi fonte mel omne tui.
Nam tu REDLICHI *Vir cordis mellei es. Indè*
Vox tua mel loquitur, mel tua Musa canit.

LEONHARDUS BAUDISIUS.

(Phil. M. Schol. Lubenens. R.)

Justè laudaris Bonus.

Stirpe bonus, bonus ingenio, bonus arte fideq;:
Candore ingenuo, vero & amore bonus.
Corde bonus, bonus officio, bonus auspice famâ:
Ante homines bonus es; quin bonus ante DEUM.
Annon ergò Bonus justè laudaris ubiq;?
Non bonus est, qui te non ait, esse bonum.

Idem per Anagr.

Bonis Vir laudatus es,

Fama bona est, bone BAUDISI, *quâ quem ornat.*
Nam bona lingua bonos prædicat usq; viros.
Ergò Bonis quia vir laudatus es omnibus: omnis,
Quâ tu laudaris, Vir bone, Fama bona est.

CHRISTOPHORUS COCHLIus. (Med. Lubenens. Ordin. P.L.)

Christo Pius occurso.

CHRISTUS *adest, omnesq; vocat super astra. Venito,*
Qui super astra DEO proximus esse voles.
Jam cunctis patet aula Poli. censoria quando
Lux veniet, veniet Gratia nulla Malis.
CHRISTO *igitur pius occurso, dum Gratia regnat:*
Dum licet ad cœli cuilibet ire plagas.
Qui pius occurrit Christo, succurrit eidem
Christus: & ad Superos credula corda vehit.

IDEM alloquitur Sponsam, quę est ANNA BREITHORIAS.

Haberis non irata.

T*Andem exosa mihi vidui Sors aspera, lectum*
Conjugis amplexu me renovare jubet.
Sed

290

Sed quò me vertam, ne post Metanœa sequatur?
Torqueri iratâ conjuge, grande malum.
Mâlim inter rapidos ungues habitare Leonum,
Quàm crebra uxoris jurgia ferre domi.
Ad te confugio, Charis ô Breithoria. haberis.
Non irata, tuum nomen id omen habet.
Dic, electa meo, Venus electissima, cordi:
An quoq; tu mea, cum sim tuus, esse velis?

ANNA BREITTHORIAS.
Arrha, in te Bonitas.

QVòd mea me redames, amo te quia, Virgo decora:
Arrha, in te bonitas quæ viget, esto mihi.

MATTHÆUS RUDINGERUS.
(Phil. M. & P. L. Reipub. Lyg. Secretar.)

Eruditus, Arte magnus.

RUDINGERE *tuum quis vexit ad æthera nomen?*
Magnatibusq; amicat & Optimatibus?
Doctrinæ vis illa tuæ, metagrammate felix
Ergò utere; Eruditus arte magnus est.

ADAMUS BIELSKIUS.
(Sil. J. U. Cand.)
Adi Musas! Lucebis.

A*Cer adi Musas: lucebis ut astra, puello*
Quondam ita Castalius dixit Apollo tibi.
Vera locutus erat. Themidos tibi dextra coronam
Iam parat: & titulos spondet honora novos.
Tu modò Rauriacam cathedram conscende, putrescent,
Ni matura-satu carpere poma velis.

Alind

Aliud.

Cum Elisâ sudabis.

QVæ sit ADAME *tuo quondam jungenda cubili;*
Nec mihi tu; forsan nec tibi dixit Amor.
Sæpè futura licet prædicere fata Poëtis.
Si quoq; Musa mihi scire futura dedit:
Prædico tibi; cum bellâ sudabis Elisâ.
Sed cujas ea sit, non mihi nosse licet.

JOANNES BRACMANUS (Phil. M. Scholæ Guranæ R.)

Mens unâ, nobis chara.

UNa mihi Mens chara, mea mens unica mentis.
A qua sunt & erunt, quæ mihi sunt & erunt.
Hæc si chara mihi est; meum est quoq; tempore quovis.
Si mecum est; prosunt omnia, nilq; nocet.
Mens æterna DEI est, quam mens mea diligit unam:
Quâ sine, si quid amat mens ea mente caret.

ANDREAS COELICHIUS

(Ecclesiæ Luben. Symmista.

I Deo charus in secla.

Ut sors; sic & amor mundi variabilis, omni

Sorte manet stabilis solus amore DEVS.

I COELICHI igitur sacras animosus ad Aras.

Effice quod jussit te veneranda Trias.

Te contra Satan, & furialis frendeat Orbis.

Cuncta in secla Deo charus es, ergò nihil

Hinc metuas, cujus DEVS est æternus amator,

Hic sub amore DEI tutus ubiq; latet.

ANDREAS CELICHIUS

Ara, decus in Celis.

Dedecus in terris (dictu eheu dedecus!) Ara:

Et qui Aræ servit, spretus in Orbe jacet.

Ara sed in cœlis decus est, Araq; minister.

Gaude Mysta! DEO functio nostra placet.

Vel

Vel.

NæDIs celi charus.

NÆ tu Celichi DIs celi charus es. ergò
Nil mali obesse tibi, nil boni abesse potest.

JOANNES SCULTETUS.
(Paſtor Gimmelienſ.)
Sanus, eſt ut in cœlo.

GRande malum, triſti ſemper decumbere morbo.
Ritè valere, DEI munere, grande bonum.
Sanus, ut in cœlo eſt. mortem ſæpè adpetit æger.
Ergo valetudo ſit tibi firma, precor.

HEINRICUS GOTWALDUS.
(Paſtor & Senior Prauſnicæus.)
Tu divus Chori Angelus.

ANgelico ſacra Vox dignatur nomine Myſtam.
Quadrat & hoc nomen jam, nove Myſta, tibi.

Divus in orbe, Sacri pietate Chori angelus esto:
Angelus angelici sis ut in æthre Chori.

HEINRICUS GOTTWALDUS.
Divus Angelus victor.
HEINERICUS GOTTWALDUS.
Angelus Dei, tuus victor.
Huic divus Angelus Tutor.

Hostis atrox Satan est, ego debilis, at propè Divus
Angelus, hic Tutor, victor & ultor erit.

MELCHIOR HAUSIUS.
(P.L. Scholæ. Lauben. Rector.)
Musis vera Clio.

Nomen apud veteres erat inviolabile Cliûs:
Inter ut illa novem sit numerata Deas.

No-

Nomen inane mihi Cliûs, & fabula vatum:
Tam similis vero, quam Lupa torva, Cygno:
Musas quando tuas oculis usurpo legoq́ȝ:
Tu Clio es Musis vera mihi, HAUSE, tuis.

ADAM VENETUS.
(St. Grecenſ. J. U. C.)
Vna Meta Deus.

CVrsor homo, via vita DEVS meta una vianti.
Quisquis ad hanc metam speq́ȝ fideq́ȝ venit:
Intrat in hospitium cœli, fruiturq́ȝ Deorum
Ambrosiâ, sociis additus aligeris.
Quisquis at hanc metam petulanter negligit: error
Hunc & in exilium raptat, & exitium.
Christum amplexa fides, me metam ducit ad illam.
Cœlestis patriæ me domus ergò manet.

M. JOHAN. PAULUS CRUSIUS.

Sophus, ac juri Luna sum.

EN Sophus ac juri sum Luna. quid Invide polles?
Sol ero. sedulitas aspera quæq; domat.
Quid tunc facturus? radiis cæcabere nostris.
Invidiæ merces hæc erit una tua,

JOANNES-PAULUS CRUSIUS.

Oculus juris plane-sanus.

UT videas, oculus facit unicus. ut videat jus,
Sanus planè oculus juris & Eunomiæ es.

JOANNES GENISCHIUS.

(Sch. Rutanæ Moder.)

Heic Nasonis Genius.

CUr tua tam svavi moduletur Musa sonore,
Quæsivi: Aonisin JANE dicate sacris.

Heic

Heic est Nasonis Genius, respondet Apollo.
Quid mirum est igitur, svave quod illa canat.

ADAM ROSEUS.
(P.L. Pastor Glesersdorff.)
Ardeo Musas.

BLandus amator ego : sed castas ardeo Musas.
Nec sine fruge procor. me redamare solent.
Est animus thalamus; quô mecum bellula dormit
Pallas, & amplexûs ambit amica meos.
Aureolam paritura brevi mihi tempore prolem.
Qualis erit Soboles ? Fama perennis erit.

STEPHANVS RITTERVS.
(Phil. M. & P. L.)
Sperans, tutus erit.

RITTERUS *properat, peregrinum lustret ut Orbem :*
Nec timet intutæ cæca pericla viæ.

An-

Angelicos sperat comites, comitemq; JE-
HOVAM.
Eugé benè! hæc sperans talia, tutus erit.

CASPARUS WOLFFIUS.
(Francostein. Sil.)
Fac, vivas flos purus.

FAc, flos ut purus vivas in Apollinis horto.
Gratus erit patriæ splendor odorq; tuus.

ELISABETHE CREMERIANA
(Daniel. Merbig. Vxor. p.m.)
Hera in celis merè beata.

NE dilecte Marite, chare Fili,
Svavis Filia, cæteriq; amore
Conjuncti mihi, ne, rogo, fleatis
Plus æquo, hoc obitus meos. dolorum
In mundo satis est, satis laborum.
Hîs jam libera sum. quiescat urnâ
Corpus. Spiritus inter Angelorum
Exsultat choreas, DEVMq; cernit:
Et sentit nihil, a viterna præter
Cœli gaudia. quid fleatis ergò?
In celis Hera sum merè beata.

DO-

DOROTHEA FEIGIN
(Vxor mea.)

Dea forti Genio.

NEc te svavis Amor, Conjux dilecta, silebit
Musa, Lycophronio dum spaciatur agro.
Quòd Dea sis forti Genio, canit ore rotundo,
Talem in utrâq; mihi te quoq; sorte probas.

JOANNES HEERMANNVS.
Enles animo vernans.

JANUS HEERMANUS.
Musa Ei vernans.

PRopria laus sordet, sed ne sit ἀσύμβολος Autor:
Cum veniâ adjiciat hoc anagramma duplum!

Et

Et vernans animo, & Musâ, ô Heermanne! negatur?
Vt sim, quod non sum, Lector amice, vove!

VALENTINUS SCHMIRNUS.
(qui Pandoli frater.)
Calumniis strenuus.

Occupet extremum Schmirnus, qui Pandolus alter:
Et strenuus calumniis.
Inter honoratos hic sit licet ultimus; inter
Lividulos primum est dignus habere locum.

FINIS.

Thomas Felix Ecclesiast.

500.–